THEOLOGVMENA PAVSANIAE

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN VNIVERSITATE

FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE OBTINENDORVM CAVSA

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE VI MENSIS MARTII ANNI CIƆIƆCCCLX

PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

GVSTAVVS KRVEGER


BRVNSVICENSIS

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

WOLFGANGVS HELBIG REG. PHILOL. SEM. SENIOR
LVDOVICVS TILLMANNS REG. PHILOL. SEM. SOD. ORD.
BRVNO NAKE REG. PHILOL. SEM. SOD. ORD.

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEVBNERI



G. TH. AVG. KRVEGERO

PATRI

OTTONI IAHNIO

PRAECEPTORI

PIETATIS CAVSA

Iuvat integros accedere fontes atque haurire.

Theologiam Graecorum et Romanorum olim sacrosanctam, priusquam funditus everteretur religionis impetu christianae, ut dudum est intellectum per longum temporis spatium magis magisque elanguisse turbulenterque fluctuasse: ita quae ipsi huius veluti moribundi aevi scriptores suis quisque opinionibus praebent vestigia diuturni illius interitus iacent fere intacta. Est ex eorum numero Pausanias periegeta, quem quidem constat maximam vitae partem egisse sub Antoninorum imperio. Hic igitur quantum fidei tribuerit mythologiae, tum quasnam de rebus divinis sibi informaverit cogitationes, haud inutile visum est inquirere simulque, ut iustum de eius indole ac natura iudicium haberet quo niteretur, in comparationem vocare — quatenus per limites tali scriptioni constitutos liceret — aequalium sententias et ipsas nondum ea qua par est accuratione excussas, inprimis Aristidis rhetoris, Artemidori, Luciani, Apulei, Antonini philosophi. Ad Pausaniam quod attinet, locos aliquot huc pertinentes negari nequit iam congessisse Koenigium commentationis auctorem „de Pausaniae fide et auctoritate in historia mythologia artibusque Graecorum tradendis praestita" (1832. cap. II: de Pausaniae in fabulis explicandis παῤῥησίᾳ et iudicii subtilitate). Cuius de hoc quidem scriptore merita profecto sunt singularia, Schubartium rem non attigisse nisi in transcursu[1]) maxime est

1) diurn. antt. 1851, p. 311—315.

dolendum. Nuperrime denique quod Naegelsbach[1]) ad theologiam Graecorum construendam ex omnibus qui post Alexandrum magnum vixere scriptoribus solum fere degustavit periegetam: id cur mihi non probetur, in causa est consilium huius dissertationis in eo potissimum positum, ut quaecumque de rebus sacris Pausanias protulerit iudicia non aliena esse appareat ab aetatis ingenio Antoninorum.

1) *Die nachhomerische Theologie des griech. Volksglaubens bis auf Alexander.* praef. p. V: „*Sachlich versuche ich die Gotteserkenntniss des griech. Volksglaubens zu entwickeln, wie sie sich ermitteln laesst aus den Schriftstellern bis ungefaehr auf Alexander und aus dem ganz altglaeubigen* (?) *Pausanias*". p. VIII: „*Einsicht in die Zaehigkeit des Volksglaubens hat mir insbesondere Pausanias verschafft, bei welchem trotz des Aufloesungsprocesses, dem der Volksglaube schon vor Jahrhunderten verfallen war, die alten Überzeugungen in merkwürdiger Ursprünglichkeit wieder kehren. Denn er ist kein Philosoph wie Plutarch, sondern ein schlichtglaeubiger Mann der religioesen Vorzeit*" (?).

I

Leguntur VI 3, 8 haece: *ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη, πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὔκ ἐστιν ἀνάγκη*[1]): quae verba etiam ad mythologicas *περιηγήσεως* partes cum in propatulo sit ita spectare, ut fabulae verae esse dicantur n o n o m n e s, quaeritur, quibusnam fides visa sit Pausaniae abroganda. Atque huius quaestionis difficillimae pro virili parte explanandae periculum mihi facturo nihil antiquius ducendum est, quam ut primum solas ad eas fabulas animum applicem, de quibus quid senserit aliquo modo ipse significavit scriptor: quo facto non solum fundamentum erit in promptu, unde iudicium de ceteris quas enarravit ille neque disertis verbis diiudicavit fabulis proficiscatur necesse sit, sed etiam de credulitate Pausaniae saepe decantata spero fore ut paulo aliter statuendum esse pateat atque adhuc factum sit omnium fere consensu.

Etenim extant per totam *περιήγησιν* dispersa criticae cuiusdam artis vestigia non illius quidem quae methodum legibus adstrictam semper sequatur, neque tamen omni ratione atque consilio destitutae. Certe quibus aurea commendatur tenenda mediocritas verba VIIII 21, 6: *οὕτω χρὴ πάντα τινὰ μήτε ἐπίδρομον τὴν γνώμην μήτε ἀπίστως ἔχειν ἐς τὰ σπανιώτερα* (cf. IIII 35, 12): nonne providi sunt scriptoris, qui meditando malit ipse enucleare veritatem quam quod alii tradiderunt te-

---

1) Comparaverunt iam alii Herodoti verba VII 152: *ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαί γε μὴν οὐ παντάπασι ὀφείλω, καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον.*

mere amplecti? Talem vero esse periegetam ut dignoscatur, iuvat porro circumspicere quales fuerint, quorum iudicium ei non solet probari. Hi sunt *οἱ πολλοί* sive vulgus[1]), tum qui suis inventis non dubitant veritatis officere integritati[2]). Atque id cum maxime poetis esse in deliciis perspexerit, quippe qui ut Pisander Camirensis (II 37, 4) ornamentis hinc illinc petitis carminum splendorem augere studerent, haud raro illorum fabulis fidem habet nullam[3]): uno excepto Homero, cui summam se tribuere auctoritatem profitetur II 21, 10: *πρόσκειμαι γὰρ πλέον τι ἢ οἱ λοιποὶ τῇ Ὁμήρου ποιήσει*[4]). Quamobrem Homeri verbis, modo fieri possit, suam ipsius opinionem confirmat[5]) ac, si quid est controversum, in sententiis singillatim recensendis non solum ab Homero solet exordiri (IIII 30, 4; VII 21, 8; VIII 29, 2; 37, 5), sed etiam quod hic proposuit pluris aestimare quam quod rettulerunt alii scriptores, ut Sophocles (I 28, 7), Hesiodus (III 24, 10). Adversarium Homeri sese non praebet nisi eo, ut quidquid enarraverit iste de inferis mera sciat esse commenta (II 24, 4; III 25, 5; VI 25, 3; VIII 18, 3; 32, 4; 37, 5): de qua re paulo post pluribus erit disputandum. Praeterea cuius fidei dedita opera agit patro-

---

1) I 3, 3: *λέγεται μὲν δὴ καὶ ἄλλα οὐκ ἀληθῆ παρὰ τοῖς πολλοῖς οἷα ἱστορίας ἀνηκόοις οὖσι καὶ ὁπόσα ἤκουον εὐθὺς ἐκ παίδων — πιστὰ ἡγουμένοις.* 34, 4: *ταῦτα τὰ ἔπη τὸ ἐς τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγὸν ἀκρατῶς εἶχε.* II 23, 6: *οὐ γάρ τι ἕτοιμον μεταπεῖσαι τοὺς πολλοὺς ἐναντία ὧν δοξάζουσιν.*

2) VIII 2, 6 (*οἱ τοῖς ἀληθέσιν ἐποικοδομοῦντες ἐψευσμένα*); VI 8, 2 (*ἄνδρες ἀλάζονες*); X 38, 7 (*οἱ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες* — cf. Lobeck, Aglaoph. p. 1233); IIII 18, 5; V 1, 9 (*οἱ ἀποσεμνύνοντες τὰ ἐς αὐτόν*).

3) VIIII 41, 1: *ὁπόσα δὲ εἶναι τῶν Ἡφαίστου ποιηταί τε ᾄδουσι καὶ τῶν ἀνθρώπων ἠκολούθηκεν ἡ φήμη, τούτων ὅτι μὴ τὸ Ἀγαμέμνονος σκῆπτρον ἄλλο γε οὐδὲν ἀξιοχρεών ἐστιν ἐς πίστιν.* X 32, 9: *νύμφης, οἷαι τὸ ἀρχαῖον λόγῳ τῶν ποιητῶν ἐφύοντο ἀπὸ — δένδρων.* VIIII 34, 9; V 1, 6; III 25, 5; VII 2, 7.

4) Etiam cui proximo a Pausania Graeciae terrae notitiam debemus, Strabo Homerum voluit *ἀρχηγέτην* esse *τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας* sqq. (p. 1).

5) cf. III 19, 8; VIII 24, 13; II 7, 1; I 12, 4; 37, 3; 38, 2; II 4, 2; IIII 1, 3; V 6, 2; 19, 7: 24, 10; VI 22, 6; VIII 8, 5; X 4, 3;

num, eundem laudibus effert vel tamquam hominem[1]): quamquam de Homeri aetate et patria quid sentiat non potest a se impetrare, ut in medium proferat VIIII 30, 3: *περὶ δὲ Ἡσιόδου τε ἡλικίας καὶ Ὁμήρου πολυπραγμονήσαντι ἐς τὸ ἀκριβέστατον οὔ μοι γράφειν ἡδὺ ἦν, ἐπισταμένῳ τὸ φιλαίτιον ἄλλων τε καὶ οὐχ ἥκιστα ὅσοι κατ' ἐμὲ ἐπὶ ποιήσει τῶν ἐπῶν καθεστήκεσαν*[2]). cf. X 24, 3. —

Iam vero Pausaniae de fabulis iudicium duplex est:

aut mythum in dubitationem vocat;

aut mythum in dubitationem se non vocare profitetur.

25, 1. *Ὅμηρος μαρτυρεῖ μοι* — II 21, 10; 26, 10; IIII 36, 5; VIII 22, 1; 41, 2; VIIII 5, 7; 36, 3; 38, 8; 5, 10.

1) I 2, 3: *Ὅμηρος — τὴν ὠφέλειαν τὴν ἐς χρήματα παρὰ τῶν δυνατῶν ὑστέραν θέμενος τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης.* VI 5, 8: *τὸ ὑπὸ Ὁμήρου προθεσπισθέν* (cf. X 32, 18). IIII 28, 8: *τὰ Ὁμήρου μὲν οὖν ὠφέλιμα ἐγένετο ἐς ἅπαντα ἀνθρώποις.* 33, 7; II 33, 3; I 22, 6.

2) Profecto Pausaniae a e q u a l e s sese oblectasse subtilibus eisdemque futilibus de Homeri patria et aetate quaestionibus testes sunt Lucianus et Gellius, quorum prior inanes eorum contentiones improbans ipse maluit patriam et stemma et aetatem illius in ambiguo relinquere (*ἀληθ. ἱστ.* II 20: *προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ — τά τε ἄλλα ἐπυνθανόμην καὶ ὅθεν εἴη, λέγων τοῦτο μάλιστα παρ' ἡμῖν εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι* sqq. — *Δημοσθ. ἐγκ.* 9: *ἀλλὰ μὴν βέλτιον ἂν εἴη καὶ ταῦτα ἐᾶν ἐν ἀσαφεῖ κείμενα*), alter aliorum opiniones diligenter collegit (III 11). Eodem vero tempore pergebant in verba Homeri iurare ut purissimi fontis lautissimae scientiae. Gellius igitur non modo erratum quoddam Ciceronis refellere studet per Homerum (XV 6), sapientissimum poetarum (VII 2, 14), sed familiaritatem cum eius carminibus contractam ubique prae se fert. Artemidorus illuc saepe provocat, Aristides autem, qui Homerum habet et ipse pro vate aliis scriptoribus praeponendo (vol. I p. 368 Dind.: *Ἡσίοδος, εἰ ὁμοίως Ὁμήρῳ τέλειος ἦν τὰ ποιητικὰ καὶ μαντικός*), laudat illius virtutes (II p. 558: *τίς ἄριστος ἐπῶν ποιητής; Ὅμηρος. τίς δ' ὡς πλείστους ἀνθρώπων ἀρέσκει καὶ τῷ μάλιστα χαίρουσιν*; I p. 826: *Ὅμηρον τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων σύμβουλον καὶ προστάτην.* I p. 780.) perraro discedens in alteram partem (I p. 8). Iam quid mirum, quod ne ad id quidem genus artificiorum refugere dubitavere defensores quidam Homeri, cuius irrisor Lucianus existit (*πῶς δεῖ ἱστ. σ.* 40)? Hic enim ab eorum parte stat, qui aliud esse intellexerint eximium poetam, aliud esse auctorem cui fides tribuatur dignum (*Ζεὺς τραγ.* 39; *φιλοψευδ.* 2, *ἀληθ. ἱστ.* I 3).

Fabulam qua Rhea pro Neptuno pullum equinum, pro Iove lapidem fasciis involutum Saturno apposuisse dicebatur vorandum[1]) postquam enarravit Pausanias, haece de suo subnectit VIII 8, 3: *τούτοις Ἑλλήνων ἐγὼ τοῖς λόγοις ἀρχόμενος μὲν τῆς συγγραφῆς εὐηθείας ἔνεμον πλέον, ἐς δὲ τὰ Ἀρκάδων προεληλυθὼς πρόνοιαν περὶ αὐτῶν τοιάνδε ἐλάμβανον· Ἑλλήνων τοὺς νομιζομένους σοφοὺς δι' αἰνιγμάτων πάλαι καὶ οὐκ ἐκ τοῦ εὐθέος λέγειν τοὺς λόγους, καὶ τὰ εἰρημένα οὖν ἐς τὸν Κρόνον σοφίαν εἶναί τινα εἴκαζον Ἑλλήνων. τῶν μὲν δὴ ἐς τὸ θεῖον ἡκόντων τοῖς εἰρημένοις χρησόμεθα.* Sunt haec verba perobscura. Nimirum quam sibi informaverit scriptor de fabulis quibusdam explicandis rationem paulatim esse immutatam in oculos incurrit: verum enimvero quaenam sint hae fabulae (*τούτοις τοῖς λόγοις*), tum qua re contineatur mutatio illa procul indicata, id ipsum *αἴνιγμα* est, cui ut *λύσις* afferatur fieri nequit, quin quibus apertius disserit Pausanias quam accuratissime loci conferantur. Quo facto, tria apparent: primum fabulas quibus *σοφίαν* aliquam subesse ille suspicetur pertinere a d d e o s, n o n a d m o r t a l e s[2]): deinde his in diiudicandis eum sequi p r i m o[3]) quendam (barbare si licet loqui) r a t i o n a l i s m u m, cuius sit mythum simplicissima interpretatione vertere in historiam[4]), p o s t e a autem huc inclinare, ut mythum putet esse s y m b o l i c a m f o r m a m s u b t i l i o r i s a l i c u i u s s e n t e n t i a e[5]): denique d e m o r t a l i b u s vulgatas fabulas quo ex-

1) cf. VIII 36, 3; VIIII 2, 7; 41, 6; X 24, 6.

2) Id confirmatur verbis *τῶν μὲν δὴ ἐς τὸ θεῖον* (sive *τοὺς θεούς*; cf. p. 30, 2) *ἡκ. τ. εἰρ. χρ.*

3) Certo limite libri priores a posterioribus separari non possunt, quoniam ea solet esse mentis natura, ut de talis generis rebus aliter iudicandum sibi non persuadeat nisi pedetentim. Conscriptos autem esse eodem quo in codicibus leguntur ordine decem *περιηγήσεως* libros me docet tabula, qua eius locos ab ipso Pausania commemoratos congessi ad unum omnes.

4) I. e. *τούτοις Ἑλλ. ἐγὼ τοῖς λόγοις ἀρχόμενος μὲν τῆς συγγρ. εὐηθείας ἔνεμον πλέον.* De voce *εὐήθεια* et adiectivo *εὐήθης* cf. I 23, 8; VI 13, 2 (utroque loco cum codd. formam *εὐήθεια* exhibeant, etiam VIII 8, 3 *εὐηθείας* scribendum est neque *εὐηθίας*); III 15, 11; V 2, 4; 11, 8; VIII 29, 3; VIIII 31, 7.

5) I. e. *Ἑλλήμων τοὺς ν. σοφοὺς δι' αἰνιγμάτων πάλαι — λέγειν*

pedire studeat rationalismum et ipsum quidem maxime perspicuum in prioribus περιηγήσεως partibus numquam submoveri altera explicandi ratione[1]). Videamus singula.

De mythis divinis quomodo iudicaverit Pausanias aetate paulo provecta ut verba depingunt modo illustrata, ita animi multo minus anxii sunt quae ad fabulam de Iove in cuculum verso adiciuntur II 17, 4: τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὅσα ἐοικότα (similia[2]) εἴρηται περὶ θεῶν, οὐκ ἀποδεχόμενος (VI 26, 2; VIIII 12, 3; V 18, 7) γράφω, γράφω δὲ οὐδὲν ἧσσον[3]). Fidem igitur derogat Pausanias Cygno Ligurum regi artis musicae perito, quem Apolline auctore aiebant post mortem cygni speciem induisse[4]): Zarecem vero ab eodem deo eadem arte institutum esse[5]) non magis credidisse videtur, quam deos antiquitus ipsos hominibus qnibusdam necem obtulisse. Quocirca de Aristodemo Apollinis sagittis confixo ita statuit III 1, 6: ὁ δὲ ἀληθέστερος ἔχει λόγος Πυλάδου τοὺς παῖδας καὶ

τοὺς λόγους, καὶ τὰ εἰρημένα οὖν ἐς τὸν Κρόνον σοφίαν εἶναί τινα εἴκαζον Ἑλλήνων.

1) Nuperrime de hoc loco disputavit Welcker, *Gr. Goetterl.* I, p. 93: *Pausanias verraeth hierdurch zwar, dass er nicht immer eine alberne, durchaus nichtige Fiction oder Legende von alten bedeutungsvollen Sagen zu unterscheiden verstand. Aber er bekennt sich vermuthlich belehrt durch bessere Sagen, denen er nachgedacht hatte, zu der unter den Gelehrten des Alterthums herrschenden Ansicht, die wir in Bezug auf den Mythus bestritten haben* (p. 79), *hinsichtlich gewisser Sagen aber gerade als das was sie von diesem unterscheidet, anerkennen müssen, dass sie nemlich einen im voraus schon zum Bewusstsein gekommenen Gedanken einschliessen, für den sie, weil das Volk zuerst nur für das Geschichtliche Sinn hat und der Belehrung für nackte Begriffe nicht offen ist, eine sinnbildliche, allegorische Einkleidung und oft lieber eine raethselhafte Verhüllung suchten*".

2) Particulam οὐκ ante verbum ἐοικότα excidisse putat Welcker l. d. p. 92, 6, quippe qui οὐκ ἐοικότα intellegat de rebus inhonestis vel indecoris.

3) cf. II 36, 1: τῆς Διὸς ἐς κόκκυγα τὸν ὄρνιθα ἀλλαγῆς λεγομένης.

4) I 30, 3: ἐγὼ δὲ βασιλεῦσαι μὲν πείθομαι Λίγυσιν ἄνδρα μουσικόν, γενέσθαι δέ μοι ἄπιστον ὄρνιθα ἀπ' ἀνδρός.

5) I 38, 4: Ζάρηκος. τοῦτον μαθεῖν παρὰ Ἀπόλλωνι μουσικήν φασιν· ἐγὼ δὲ ξένον μὲν ἀφικόμενον ἐς τὴν γῆν Λακεδαιμόνιόν τε εἶναι δοκῶ sqq.

Ἠλέκτρας ἀνεψιοὺς ὄντας Τισαμενῷ τῷ Ὀρέστου φονεῦσαι τὸν Ἀριστόδημον. Etiam Hyacinthi mortem manifestum est non Apollinis, sed mortalium culpae periegetam fuisse attributurum, dummodo alteram mythi formam in promptu habuisset III 19, 5: περὶ δὲ ἀνέμου Ζεφύρου, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος Ὑάκινθος ἀπέθανεν ἄκοντος, καὶ τὰ ἐς τὸ ἄνθος εἰρημένα, τάχα μὲν ἂν ἔχοι καὶ ἄλλως. Proxime tamen quod addit: δοκείτω δὲ ᾗ λέγεται, nonne transitum parat ad miram illam qua postea deorum fabulas nolit aggredi cautionem[1]? De Niobeae prolis interitu utrum vulgarem famam (II 21, 9; V 16, 4) probaverit an Amphionis aedes pestilentia censuerit quondam orbatas, difficile est ad decernendum. Pyrrhus autem interfectus est tegula ex illius quidem opinione a muliere mortali, non a Cerere deiecta: quod ut pro certo subiungatur, ordo quo utraque mythi pars exponitur postulat (I 13, 8). Lunae denique amores nihili sunt: Endymion potius feminam mortalem in matrimonium duxit (V 1, 4).

Pro deis igitur substituuntur mortales. Frustra talia quaeras in libris qui sunt posteriores[2], uno excepto fabularum genere, quod scriptor putandus est respuisse usquequaque. Etenim a deis qui originem petiisse dicantur homines scit poetarum[3] aliorumque[4] studiis hanc famam debere, ac tam saepe cum vi quadam id in iudicium vocat, ut dubitationes quas ceteris locis ipse non expressit nos cogitando oporteat supplere[5]. Oenomaus Alxionis filius est neque Martis (V 1, 7), Augeas Ἠλείου, non eius quem οἱ ἀποσεμνύνοντες τὰ ἐς αὐτὸν παρατρέψαντες τοῦ Ἠλείου τὸ ὄνομα finxerunt, Ἡλίου (1, 9). Autolycus dicitur quidem Ἑρμοῦ παῖς εἶναι, Δαιδαλίωνος δὲ ὢν τῷ ἀληθεῖ λόγῳ (VIII 4, 6). Plataeam progenuit

---

1) VIII 8, 3: τῶν μὲν δὴ ἐς τὸ θεῖον ἡκόντων τοῖς εἰρημένοις χρησόμεθα.

2) Ceterum cf. VIIII 2, 4: ἐγὼ δὲ ἄνευ θεοῦ πείθομαι νόσον λύσσαν τοῦ Ἀκταίωνος ἐπιλαβεῖν τοὺς κύνας· μανέντες δὲ καὶ οὐ διαγινώσκοντες διαφορήσειν ἔμελλον πάντα τινὰ ὅτῳ περιτύχοιεν. I 44, 5; X 30, 5.

3) cf. V 1, 6; 17, 9; VIIII 34, 9; X 32, 9.

4) cf. V 1, 9; IIII 2, 2; X 6, 1.

5) I 2, 6; 5, 2; II 2, 3; 34, 5; IIII 14, 7; VI 2, 5; VII 2, 7; VIII 14, 10; 44, 7.

Asopus rex, non fluvius (VIIII 1, 2; VIII 24, 9), Eteoclem Andreus, non Cephissus amnis (VIIII 34, 9). Eleus parentes habet Erycydam et, ὅτῳ πιστά, Neptunum (V 1, 8): Cadmo γάμος ἐπιφανὴς ὑπῆρξεν, εἰ δὴ θυγατέρα Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως κατὰ λόγον τὸν Ἑλλήνων ἔσχε (VIIII 5, 2). Postremo errant qui Orpheum putant Καλλιόπης εἶναι Μούσης καὶ οὐ τῆς Πιέρου (30, 4[1]). Omnino stemmata quam ficticia sint, non ignorat Pausanias[2]).

Verum enimvero cur altiorem illam sententiam sive σοφίαν quam posthac repperisse sibi visus est diserte protulerit numquam, maluerit potius τῶν ἐς τὸ θεῖον ἡκόντων τοῖς εἰρημένοις χρῆσθαι facile est intellectu: noluit speciem sibi parare laesae erga deos pietatis, cognitum habuit οὐχ ἕτοιμον esse μεταπεῖσαι τοὺς πολλοὺς ἐναντία ὧν δοξάζουσιν (II 23, 6), praeterea ipsum periegetam non dedita opera inquisivisse, quid unaquaeque fabularum sibi vellet, non levis est suspitio. Sensit autem deorum fabulas continere naturalem quandam notionem[3]), cuius quidem perpauca extant indicia[4]). Ac primum Alphei et Arethusae amores non dubitat quin spectent ad aquam utriusque commixtam[5]), quia Alphei cursus per

1) Attamen quantum valuerint res sacrae ad Pausaniam a vero deflectendum, quid putas clarius posse demonstrare quam quod Trophonium Apollinis esse filium profitetur VIIII 37, 5: λέγεται δὲ ὁ Τροφώνιος Ἀπόλλωνος εἶναι καὶ οὐκ Ἐργίνου καὶ ἐγώ τε πείθομαι καὶ ὅστις παρὰ Τροφώνιον ἦλθε δὴ μαντευσόμενος? Oraculum igitur hoc docebat, quod non poterat non placere scriptori qualiacumque oracula credulo animo amplexo.

2) I 38, 7: οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τῶν λόγων ἅτε οὐ προσόντων σφίσι γενεῶν, ἄλλα τε πλάσασθαι δεδώκασι καὶ μάλιστα ἐς τὰ γένη τῶν ἡρώων. VIII 53, 5: οἱ μὲν δὴ Ἑλλήνων λόγοι διάφοροι τὰ πλέονα καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τοῖς γένεσίν εἰσι. I 3, 3: εἰ δέ μοι γενεαλογεῖν ἤρεσκε. Despicit igitur illos, qui appellantur X 6, 5 γενεαλογεῖν τὰ πάντα ἐθέλοντες. cf. VII 17, 7; VIII 15, 7; II 12, 6; 29, 9; 16, 4.

3) Eadem est sententia Lobecki l. d. p. 151 et Koenigi l. d. p. 34: neuter dispersa vestigia collegit.

4) Symbolicae quas vocant interpretationes Pausaniae non sunt ita insolitae: cf. VIIII 20, 4, ubi fabulam de Tritone quodam a Dionyso pugna devicto inde arbitratur exortam, quod Tanagraei eum interfecerint vino allectum et consopitum. III 15, 11: ἀφομοιοῦνται τοῖς δεσμοῖς τὸ ἐς τοὺς συνοικοῦντας τῶν γυναικῶν βέβαιον.

5) V 7, 3: κατὰ τοῦτο οὖν, ὅτι τῇ Ἀρεθούσῃ τοῦ Ἀλφειοῦ τὸ

mare continuetur (VII 23, 2; VIII 54, 3). Dein Arionem equum ἐκ γῆς editum esse conicit[1]) me iudice propter primariam Cereris naturam, qua cum Γῇ dea coalescat[2]). Maximi vero momenti sunt verba quae leguntur II 26, 3 seqq. et VII 23, 7 seqq. inter se comparata. Illic enim e duabus quae feruntur Aesculapi matribus omnis fides detrahitur soli Arsinoae[3]): altero loco iudicium longe diversum prodit colloquium cum Sidonio quodam in templo Aesculapi consertum. Concedit enim Pausanias hunc esse ἀέρα, Apollinem ἥλιον: Aesculapio autem *πατέρα μὲν σφᾶς Ἀπόλλωνα ἐπιφημίζειν, θνητὴν δὲ γυναῖκα οὐδεμίαν μητέρα — —, ὅτι ἐς τὸ ἁρμόζον ταῖς ὥραις ποιούμενος ὁ ἥλιος τὸν δρόμον μεταδίδωσι καὶ τῷ ἀέρι ὑγιείας.* Ad ipsam igitur naturam pertinet quae restat *σοφία* involucro symbolico remoto[4]).

ὕδωρ μίσγεται, καὶ τοῦ ἔρωτος τὴν φήμην τῷ ποταμῷ πείθομαι γενέσθαι.

1) VIII 25, 10: *δύναιτο δ' ἂν καὶ ἀναφύντι ἐκ γῆς τῷ ἵππῳ ἐκ θεοῦ* (Neptuni) *τε εἶναι τὸ γένος καὶ τρίχες οἱ τὴν χροιὰν ἐοικέναι κυανῷ.*

2) cf. Welcker l. d. I, p. 385 sqq.

3) II 26, 7: *ὁ δὲ τρίτος τῶν λόγων ἥκιστα ἐμοὶ δοκεῖν ἀληθής ἐστιν.*

4) Nisi fallor, paulatim intellexit Pausanias etiam in cognominibus deorum, quibus pro arbitrio suo explicandis multum navavit operae, subtilius aliquid esse quaerendum. Vide exempla. *Θηρειτάν* Martem esse appellatum propter *Θηρώ* nutricem negat III 19, 8: *δοκεῖν δέ μοι Θ. οὐ διὰ τὴν τροφὸν ἡ ἐπωνυμία τῷ Ἄρει γέγονεν, ὅτι δὲ ἀνδρὶ χρὴ πολεμίῳ καταστάντα ἐς μάχην οὐδὲν ἔτι ἔχειν ἤπιον, καθὰ δὴ καὶ Ὁμήρῳ περὶ Ἀχιλλέως πεποίηται· Λέων δ' ὣς ἄγρια οἶδεν.* Simili modo Dianae *Ἐλαφιαίᾳ* abiudicat *Ἐλάφιον* nutricem nomen deae ratus inditum *ἐπὶ τῶν ἐλάφων τῇ θήρᾳ* (VI 22, 11). Bacchi cognomen *Ψίλαξ* non minus ei probatur (III 19, 6: *ψίλα γὰρ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά, ἀνθρώπους δὲ οἶνος ἐπαίρει τε καὶ ἀνακουφίζει γνώμην οὐδέν τι ἧσσον ἢ ὄρνιθας πτερά*) quam Veneris *Μαχανῖτις* (VIII 31, 6: *Ἀφροδίτης γὰρ ἕνεκα καὶ ἔργων τῶν ταύτης πλεῖσται μὲν ἐπιτεχνήσεις, παντοῖα δὲ ἀνθρώποις ἀνευρημένα ἐς λόγους ἐστίν*). Praeterea cf. V 15, 5 et 7; VI 24, 6; VII 21, 8; VIII 34, 1; 36, 5; 41, 9; 53, 9; VIIII 19, 1; 23, 4; X 37, 3. Ad libros autem priores quod attinet, vide quae tradit scriptor de Minerva *Αἰαντίδι* (I 42, 4), Diana *Ἀμαρυσίᾳ* et *Κολαινίδι* (31, 5), Diana *Λυκείᾳ* (II 31, 4), Apolline *Ὁρίῳ* (35, 2). Supersunt denique aliquot

Rationalismus vero Pausaniae, qui sapit quodam modo Euhemerum, paulo latius patet in fabulis de mortalibus vulgatis. Etenim de satyris *ἑτέρου πλέον ἐθέλων ἐπίστασθαι* multos quidem percontatus est ille (I 23, 5): aliorum autem opinione posthabita cum nihil exposuerit quam quid Euphemus Car cogitaret, id maxime ei placuisse est veri simillimum. Fuerunt igitur satyri homines agrestes in Oceani quibusdam insulis desertis habitantes. Tum Medusam Phorci filiam et patre mortuo reginam fuisse refert Pausanias populorum paludem Tritonidem accolentium: contra Persei exercitum proelium inituram noctu per insidias esse oppressam, Perseum deinde pulcherrimi corporis caput praecisum secum portasse *ἐς ἐπίδειξιν.* Cui fabulae fidem illum tribuere inde colligitur, quod Proclo Carthaginiensi adversatur *ἕτερον λόγον* de Medusa perhibenti (II 21, 5 sq.; cf. I 22, 7[1]). De Narcisso Thespiensi famae vulgari[2]) alteram (*λόγος ἧσσον μὲν τοῦ προτέρου γνώριμος, λεγόμενος δὲ καὶ οὗτος* — cf. VIIII 20, 5) praeponit eamque in hunc modum descriptam VIIII 31, 8: *ἀδελφὴν γενέσθαι Ναρκίσσῳ δίδυμον, τά τε ἄλλα ἐς ἅπαν ὅμοιον*

---

cognominum interpretationes fama, ut patet, propagatae, quas num probaverit ille nescitur (VIII 3, 2; 36, 10; 47, 1; II 9, 7; VIII 4, 8; II 4, 7; VIIII 16, 3; III 14, 7): paucae, quae nequit decerni utrum ab hoc sint profectae an ab aliis (VIII 6, 5; 36, 5). Hae igitur sunt mittendae neque vitio vertendae Pausaniae, si stent non recto talo. Fugit hoc Koenigium (l. d. p. 37 sqq.) in eo quoque falsum, quod si quam explicationem improbasset, scriptorem verbo saltem id indicaturum fuisse censuit. Sane fecit id interdum: necesse non fuit, quoniam potissimum ei in animo erat res quas viderat, audiverat, legerat enarrare neque de fide rerum narratarum disceptare. Teneas quaeso verba VI 3, 8: *ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη, πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὐκ ἔστιν ἀνάγκη.*

1) Neque praetermittendum est, quod dicit Pausanias: *ἀπόντος δὲ τοῦ μύθου, τάδε ἄλλα ἐς αὐτήν ἐστιν εἰρημένα.* Sentit fabularum interpreti cavendum esse, ne mythum confundat et historiam: contra cf. Strab. XI p. 504, 3. Ceterum aliis locis (I 14, 6; VIIII 5, 3), quibus utitur vocabulo *μῦθος*, idem significat ac verbum multo frequentius *λόγος*.

2) VIIII 31, 7: *τοῦτο μὲν δὴ παντάπασιν εὔηθες, ἡλικίας ἤδη τινὰ ἐς τοῦτο ἥκοντα ὡς ὑπὸ ἔρωτος ἁλίσκεσθαι, μηδὲ ὁποῖόν τι ἄνθρωπος καὶ ὁποῖόν τι ἀνθρώπου σκιὰ διαγνῶναι.*

τὸ εἶδος καὶ ἀμφοτέροις ὡσαύτως κόμην εἶναι —· *Νάρκισσον δὲ ἐρασθῆναι τῆς ἀδελφῆς, καὶ ὡς ἀπέθανεν ἡ παῖς φοιτῶντα ἐπὶ τὴν πηγὴν συνιέναι μὲν ὅτι τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν ἑώρα, εἶναι δέ οἱ καὶ συνιέντι ῥᾳστώνην τοῦ ἔρωτος, ἅτε οὐχ ἑαυτοῦ σκιὰν δοξάζοντι, ἀλλὰ εἰκόνα ὁρᾶν τῆς ἀδελφῆς.* Postremo de Titane, qui Solis frater fuisse ferebatur, si legis eiusdem iudicium II 11, 5: *δοκεῖν δέ μοι δεινὸς ἐγένετο ὁ Τιτὰν τὰς ὥρας τοῦ ἔτους φυλάξαι καὶ ὁπότε ἥλιος σπέρματα * καὶ δένδρων αὔξει καὶ πεπαίνει καρπούς, καὶ ἐπὶ τῷδε ἀδελφὸς ἐνομίσθη τοῦ Ἡλίου*[1]): nonne tibi in mentem venit Endymion compede amatoria Lunae obstrictus, ut quidam interpretati sunt, astrologus assiduus[2])? — Allegoricae quam dicunt explicationis extat exemplum I 41, 9: *αἱ δὲ γυναῖκες* (Procne et Philomela) *ἐς μὲν Ἀθήνας ἀφίκοντο, θρηνοῦσαι δὲ οἷα ἔπαθον καὶ οἷα ἀντέδρασαν ὑπὸ δακρύων διαφθείρονται· καί σφισι τὴν ἐς ἀηδόνα καὶ χελιδόνα μεταβολὴν ἐπεφήμισαν* (V 1, 6), *ὅτι οἶμαι καὶ αὗται αἱ ὄρνιθες ἐλεεινὸν καὶ θρήνῳ ὅμοιον ᾄδουσιν.*

Haec habui de Pausania mythorum interprete. Restant aliquot fabulae ab illo addubitatae, e quibus quae ad inferos pertinent ad unam omnium est acerrimus adversarius[3]).

---

1) Lacunam post verbum *σπέρματα* equidem indicavi propter particulam quae sequitur *καί*. Genetivus excidisse videtur, fortasse *πόας* (V 14, 13: *πρὸς γένεσιν πόας τε καὶ δένδρων*) vel *σίτου*, nisi forte *δένδρα* scribere praestat pro *δένδρων* (VIII 38, 4: *ἢν δὲ αὐχμὸς χρόνον ἐπέχῃ πολὺν καὶ ἤδη σφίσι τὰ σπέρματα ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ δένδρα αὐαίνηται*).

2) cf. Artemid. IIII 47, p. 361 Reiff. Fulg. myth. II 19.

3) III 25, 5: *οὔτε ἕτοιμον ὂν πεισθῆναι θεῶν ὑπόγαιον εἶναί τινα οἴκησιν, ἐς ἣν ἀθροίζεσθαι τὰς ψυχάς.* II 35, 9: *τοῦ, θεοῦ δέ ἐστιν ἐπίκλησις, ὅν τινα ἔχει λόγος βασιλέα ὑπὸ γῆν εἶναι.* 24, 4: *ὃν δὲ ἄρχειν φασὶν ὑπὸ γῆς.* 31, 2: *βωμοὶ θεῶν τῶν λεγομένων ὑπὸ γῆν ἄρχειν.* V 20, 3: *ἔχει γὰρ δὴ ὁ Πλούτων κλεῖν, καὶ λέγουσιν ἐπ' αὐτῇ τὸν καλούμενον ᾅδην κεκλεῖσθαί τε ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος, καὶ ὡς ἐπάνεισιν οὐδεὶς αὖθις ἐξ αὐτοῦ.* VIII 37, 5: *Τιτᾶνας δὲ πρῶτος ἐς ποίησιν ἐσήγαγεν Ὅμηρος, θεοὺς εἶναι φήσας ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Ταρτάρῳ.* II 36, 7: *καὶ τὸν Πλούτωνα ἁρπάσαντα, ὡς λέγεται, Κόρην τὴν Δήμητρος καταβῆναι ταύτῃ φασὶν ἐς τὴν ὑπόγεων νομιζομένην ἀρχήν.* 37, 5: *λίμνην, δι' ἧς φασιν Ἀργεῖοι Διόνυσον ἐς τὸν Ἅιδην ἐλθεῖν Σεμέλην ἀνάξοντα.* VIII 32, 4: *τῷ δὲ Ἑρμῇ καὶ — πρόσεστιν ἐξ ἐπῶν τῶν Ὁμήρου φήμη, τῷ μὲν Διός τε αὐτὸν διάκο-*

Haec est causa, cur Hecataeum Milesium secutus Cerberum existimet Taenari promontorii esse serpentem *Ἅιδου κύνα* vocatum propter mortiferam eius veneni vim (III 25, 5 sq.; II 31, 2; 35, 10; VIIII 34, 5): haec, cur Sisyphum apud inferos poenas luentem in ambiguo ponat insertis voculis *ὅτῳ πιστά* (II 5, 1; de Amphione cf. VIIII 5, 8), Cereris errores voculis *εἴ τῳ πιστά* (I 43, 2; VIII 10, 1 et 25, 5): haec, cur inferorum rex num Pyliis auxilio venerit dubitet (VI 25, 3; contra cf. VIII 10, 9; I 4, 4; X 23, 2; IIII 32, 4), Orpheum autem neget ad illos descendisse, ut uxorem deposceret (VIIII 30, 4; 17, 7). — Artis criticae (si qua est) qua alias temptat fabulas pauca[1]) sufficiat apposuisse exempla.

Semelen quia habet immortalem *Διός γε οὖσαν γυναῖκα* (II 31, 2), respuere putandus est fabellam de illa cum puero recens nato a Cadmo patre in arcam coniecta (III 24, 3). — Iocasten in matrimonium quidem duxisse Oedipum, liberos vero ex ea non suscepisse ut dignoscatur, versus affertur Homeri:

γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι.

Πῶς οὖν ἐποίησαν ἀνάπυστα ἄφαρ, εἰ δὴ τέσσαρες ἐκ τῆς Ἐπικάστης ἐγένοντο παῖδες τῷ Οἰδίποδι (VIIII 5, 11); — Confirmat idem poeta mortales neque *θεῖον γένος* fuisse Gigantes, quos pro pedibus non usos esse draconibus inde concluditur, quod immane corpus Orontis cuiusdam nuper repertum eiusque Indi[2]), ut Apollo Clarius respondebat, *ἄνθρωπος* erat *διὰ παντὸς τοῦ σώματος* (VIII 29, 2—4). — De procis Helenae Achillem fuisse qui suspicantur, temporum rationem non magis habent (III 24, 10) quam quibus Telamon et Chalcedon expeditionis Herculeae contra Eleos socii videntur interiisse (VIII 15, 6). —

νον εἶναι καὶ ὑπὸ τὸν Ἅιδην ἄγειν τῶν ἀπογινομένων τὰς ψυχάς. Praeterea vide quae de Styge memoriae produntur VIII 18, 1—6.

1) Adde sis I 41, 3—6; II 21, 10; 23, 3 (cf. 28, 3); 35, 9; III 14, 5; 18, 5; VII 19, 10; VIIII 12, 2; 27, 7.

2) VIII 29, 4: *εἰ δὲ τὴν γῆν τὸ ἀρχαῖον οὖσαν ὑγρὰν ἔτι καὶ ἀνάπλεων νοτίδος θερμαίνων ὁ ἥλιος τοὺς πρώτους ἐποίησεν ἀνθρώπους, ποίαν εἰκός ἐστιν ἄλλην χώραν ἢ προτέραν τῆς Ἰνδῶν ἢ μείζονας ἀνεῖναι τοὺς ἀνθρώπους, ἥ γε καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι καὶ ὄψεως τῷ παραλόγῳ καὶ μεγέθει διάφορα ἐκτρέφει θηρία;*

Palladium Iliacum frustra contendunt Argivi ad se translatum esse, quandoquidem *δῆλόν ἐστιν ἐς Ἰταλίαν κομισθὲν ὑπὸ Αἰνείου* (II 23, 5). — In sepulcris ut haud raro nititur Pausaniae sententia[1]), ita de Callisto in siderum numerum a Iove recepta non celat dubitationem memor eius apud Arcades sepulcri[2]). — Qua Musae Harmoniae nuptias carmine celebrasse dicuntur, vana est fama[3]). — Cumani dentes quos in Apollinis templo servant apri Erymanthi esse volunt ab Hercule olim occisi: *τῷ λόγῳ δὲ αὐτῶν οὐδ' ἐπ' ὀλίγον μέτεστι τοῦ εἰκότος* (VIII 24, 5[4]). — De dentibus denique a Cadmo satis quia in hanc discedit Pausanias opinionem VIIII 10, 1: *χωρίον ἔνθα Κάδμου λέγουσιν (ὅτῳ πιστὰ) τοῦ δράκοντος ὃν ἀπέκτεινεν ἐπὶ τῇ κρήνῃ τοὺς ὀδόντας σπείραντος, ἄνδρας δὲ*[5]) *ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀνεῖναι τὴν γῆν*: nomen Spartorum nonne est veri simillimum paulo ante eum lubentissime aliter explicaturum fuisse, modo quid reperire potuisset probabilius[6])?

Pergo ad recensendas aliquot fabulas, quas se non addubitare profitetur Pausanias. Patrensibus Dionysum *τραφῆναι ἐν τῇ Μεσάτει* narrantibus *καὶ ἐνταῦθα ἐπιβουλευθέντα ὑπὸ Τιτάνων*[7]) *ἐς παντοῖον ἀφικέσθαι κίνδυνον* non vult esse *ἐναντιούμενος* (VII 18, 4); Ariadnam vero qui Theseo eripuerit Dionysum eundem esse sibi persuasit ac qui primus ad Indos cum exercitu provectus Euphratem ponte iunxerit (X 29, 4). — Agamemnonis sceptrum fabricatum esse ipsum Vulcanum in

---

1) I 39, 4; VI 24, 8; VIII 12, 7 et 9; II 32, 1; IIII 3, 2; V 5, 4.

2) VIII 3, 7: *ἔχοιεν δ' ἂν καὶ ἄλλως τὸ ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάφον γε αὐτῆς ἀποφαίνουσιν οἱ Ἀρκάδες* (cf. 35, 8). Ne graviores scrupulos contra utramque Callistus transfigurationem mireris Pausaniam non movisse, conferas VIII 2, 4 sq.

3) VIIII 12, 3: *Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀποδεχομένοις ᾆσαι Μούσας ἐς τὸν Ἁρμονίας γάμον.*

4) cf. *τὸ εἰκὸς πρόσεστιν* — VIII 2, 4; 14, 7; 24, 6; VIIII 41, 5.

5) Particula *δέ* inducenda est.

6) VIIII 5, 3: *τοὺς δὲ ἄνδρας τούτους (οὐ γάρ τι ἠδυνάμην ἐς αὐτοὺς παρευρεῖν) ἕπομαι τῷ μύθῳ, Σπαρτοὺς διὰ τὸν τρόπον ὅντινα ἐγένοντο ὀνομασθῆναι.*

7) Hanc Clavieri coniecturam (pro *ὑπὸ Πανῶν*) confirmant verba VIII 37, 5: cf. Curtius, Peloponn. I p. 452, 15.

digressionem excurrit ut demonstret (VIIII 41, 1), tametsi templi Delphici negat eundem esse auctorem (X 5, 12). — Danaum et Icarium similes contra filiarum procos struxisse insidias tam verum est (III 12, 2) quam Myrtilum propter concubitum promissum in mare abiectum esse a Pelope (VIII 14, 11). — Geryonem aliquo tempore vixisse Pausanias pro certo tradit, siquidem quam *οἱ τῶν Λυδῶν ἐξηγηταί* perhibebant de illo famam ipse aliquando correxit (I 35, 7). — Herculis facinorum se praebet patronum tantum non omnium (III 25, 5) inter Herculem Tyrium (V 25, 12) distinguens, Aegyptium (X 13, 8), Idaeum eundemque ludorum Olympicorum auctorem (V 7, 6—9), Thebanum Alcmenae filium (passim), e quibus soli quem ultimo loco posui multo illi natu minori (VIIII 27, 8) quam Hercules Idaeus ex hominum consortio evecto[1]) deorum societatem putat obtigisse. Ipsa verba adicio quae paulo accuratius illustrentur profecto haud indigna. Fabulam enim de Lycaone propter infantem ad Iovis Lycaei aram mactatum in lupum converso[2]) postquam paucis memoriae prodidit, pergit in hunc modum scriptor VIII 2, 4: *καὶ ἐμέ γε ὁ λόγος οὗτος πείθει* (sed cf. I 30, 3), *λέγεται δὲ ὑπὸ Ἀρκάδων ἐκ παλαιοῦ, καὶ τὸ εἰκὸς αὐτῷ πρόσεστιν· οἱ γὰρ δὴ τότε ἄνθρωποι ξένοι καὶ ὁμοτράπεζοι θεοῖς ἦσαν ὑπὸ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας, καί σφισιν ἐναργῶς ἀπήντα παρὰ τῶν θεῶν τιμή τε οὖσιν ἀγαθοῖς καὶ ἀδικήσασιν ὡσαύτως ἡ ὀργή, ἐπεί τοι καὶ θεοὶ τότε ἐγίνοντο ἐξ ἀνθρώπων, οἳ γέρα καὶ ἐς τόδε ἔτι ἔχουσιν, ὡς Ἀρισταῖος καὶ Βριτόμαρτις ἡ Κρητικὴ* (II 30, 3) *καὶ Ἡρακλῆς ὁ Ἀλκμήνης καὶ Ἀμφιάραος ὁ Ὀϊκλέους* (I 34, 2 et 5), *ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Πολυδεύκης τε* (III 13, 1) *καὶ Κάστωρ*[3]). *οὕτω πείθοιτο ἄν τις καὶ Λυκάονα θηρίον καὶ τὴν Ταντάλου Νιόβην γενέσθαι λίθον*[4]). *ἐπ' ἐμοῦ δέ, κακία γὰρ δὴ ἐπὶ πλεῖστον ηὔξετο καὶ γῆν τε ἐπενέμετο πᾶσαν καὶ πόλεις πάσας, οὔτε θεὸς ἐγίνετο οὐδεὶς ἔτι ἐξ ἀνθρώπου, πλὴν*

---

1) cf. I 32, 6; VII 17, 8; VIIII 27, 7.

2) cf. Welcker l. d. II p. 128.

3) Nisi fallor, idem statuit Pausanias de Chirone Centauro — V 19, 9.

4) Itaque fortasse fidem habet Pausanias eidem Alcmenae transfigurationi (VIIII 16, 7; 19, 1).

ὅσον λόγῳ καὶ κολακείᾳ πρὸς τὸ ὑπερέχον[1]), *καὶ ἀδίκοις τὸ μήνιμα τὸ ἐκ τῶν θεῶν ὀψέ τε*[2]) *καὶ ἀπελθοῦσιν ἐνθένδε ἀπόκειται.* En exemplum profecto praeclarum ingenii argumenta sane circumspicientis, argumentando autem in miros delabentis errores. Sed tamen in his quoque mediocritatem quandam (VIIII 21, 6) sequitur Pausanias; cf. quae addit VIII 2, 6: *ἐν δὲ τῷ παντὶ αἰῶνι πολλὰ μὲν πάλαι συμβάντα, τὰ δὲ καὶ ἔτι γινόμενα ἄπιστα εἶναι πεποιήκασιν ἐς τοὺς πολλοὺς οἱ τοῖς ἀληθέσιν ἐποικοδομοῦντες ἐψευσμένα. λέγουσι γὰρ δὴ ὡς Λυκάονος ὕστερον ἀεί τις ἐξ ἀνθρώπου λύκος γίνοιτο ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ Λυκαίου Διός, γίνοιτο δὲ οὐκ ἐς ἅπαντα τὸν βίον· ὁπότε δὲ εἴη λύκος, εἰ μὲν κρεῶν ἀπόσχοιτο ἀνθρωπίνων, ὕστερον ἔτει δεκάτῳ φασὶν αὐτὸν αὖθις ἄνθρωπον ἐκ λύκου γίνεσθαι, γευσάμενον δὲ ἐς ἀεὶ μένειν θηρίον*[3]). *Ὡσαύτως δὲ καὶ Νιόβην λέγουσιν ἐν Σιπύλῳ τῷ ὄρει θέρους ὥρᾳ κλαίειν* (I 21, 3). *ἤδη δὲ καὶ ἄλλα ἤκουσα, τοῖς γρυψὶ στίγματα ὁποῖα καὶ ταῖς παρδάλεσιν εἶναι, καὶ ὡς οἱ Τρίτωνες ἀνθρώπου φωνῇ φθέγγοιντο· οἱ δὲ καὶ φυσᾶν διὰ κόχλου τετρυπημένης φασὶν αὐτούς. Ὁπόσοι δὲ μυθολογήμασιν ἀκούοντες ἥδονται, πεφύκασι καὶ αὐτοί τι ἐπιτερατεύεσθαι· καὶ οὕτω τοῖς ἀληθέσιν ἐλυμήναντο συγκεράννυντες αὐτὰ ἐψευσμένοις.*

Reapse opinio pervetusta atque inde ab aetate Hesiodea pervulgata, qua genus humanum gradatim suspicabantur depravatum, haec inquam non potuit non arridere[4]) Pausaniae

---

1) Displicet igitur Pausaniae imperatorum *ἀποθέωσις* Romanorum, quae eius aequalibus erat summis in deliciis. Ad Antoninum ab Hadriano in deorum numerum receptum (VIII 9, 7) verba refert Iahn, *Kieler phil. St.* p. 140.

2) VIII 7, 6: *καί οἱ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ μήνιμα ἀπήντησεν οὐκ ὀψέ.* cf. Plut. *περὶ τ. ὑπὸ τ. θ. βραδέως τιμωρουμ.*

3) Propterea negat Damarchum in lupum versum decimo anno speciem recuperasse humanam — VI 8, 2.

4) Solet esse Pausanias laudator temporis acti; cf. X 28, 4: *περὶ πλείστου γὰρ δὴ ἐποιοῦντο οἱ πάλαι γονέας.* 28, 6: *περισσῶς δὲ ἄρα εὐσεβείᾳ θεῶν ἔτι προσέκειντο οἱ ἄνθρωποι* sqq. 31, 11: *οἱ γὰρ ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων τελετὴν τὴν Ἐλευσινίων πάντων ὁπόσα ἐς εὐσέβειαν ἥκει, τοσούτῳ ἦγον ἐντιμότερον ὅσῳ καὶ θεοὺς ἐπίπροσθεν ἡρώων.* Commemoratur V 7, 6 *χρυσοῦν γένος*, quocum cf. VI 5, 1: *μέγιστος δὲ ἁπάντων ἐγένετο ἀνθρώπων πλὴν τῶν ἡρώων καλουμένων καὶ εἰ δή τι ἄλλο ἦν πρὸ τῶν ἡρώων θνητὸν γένος.*

animo respicienti, quanto intervallo saeculum[1]) quo ipse vivebat distaret a felicissima qua pristina saecula fructa dicebantur rerum condicione praedicata laudibus scriptorum, quibus in legendis illum operam collocavisse certum est. Quamobrem habet quo commendetur Koenigi coniectura l. d. p. 31: „atque haud scio an temporum antiquiorum studium, cui periegeta deditus fuit, inde potissimum ortum sit, quod priscos homines tum aliis virtutibus, tum *εὐσεβείᾳ* excelluisse existimaverit.“ Verum enimvero quod paulo post ariolatur idem p. 34: „procul dubio plures (fabulas), nisi eas ad pietatem aequalium erga Deos excitandam putasset valere, commemoraturus non fuisset“: hoc consilium subsecivum me iudice a scriptore prorsus alienum est. Ne multa: res ipsae curae sunt periegetae tamquam antiquae: morum aequalium non vult agere censorem.

A rebus certis progrediendum est ad incertas, permultas dico fabulas, quibus in enarrandis acquiescit Pausanias suum ipsius iudicium premens silentio. Atque hae tenebrae ut discutiantur, prioris generis fabulas patet in partes esse adsciscendas: quam viam ingressus in eis quae antecedunt tacentem scriptorem plus semel reddidisse mihi videor loquentem[2]). Quid vero, si non est in promptu mythus, unde *κατ᾽ ἀναλογίαν* concludenti liceat proficisci? Tum tria sunt tenenda. Primum cave ne, ubi signum dubitationis desideras adiectum, solam ob hanc causam tibi persuadeas Pausaniam fabulam venditare pro vera (cf. VI 3, 8), pro ficticia, ubi obvia fit paraphrasis usitatissima verbo *λέγουσι, φασί, λέγεται* effecta, artissime illa cohaerens cum consilio scriptoris quo vult referre *τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα* (VI 3, 8). Id autem sibi esse propositum quibus non sine vi in memoriam lectorum revocat, his locis[3]) sane perfacilis est conie-

---

1) cf. Roth, *Bemerk. über die Schriften d. Fronto u. d. Zeitalter der Antonine* (Norimb. 1817). Familiaritate quam olim contraxisse ferebantur dii cum hominibus sublata iam valebat Homericum illud *σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι* (X 32, 18).

2) Addo fabulam II 32, 1 narratam num crediderit scriptor posse enucleari verbis VIII 3, 7.

3) II 2, 7; 21, 8; 35, 10; 36, 7; V 8, 8; VII 23, 2; VIII 3, 6; 22,

ctura nolle eum fabulae veritatem praestare. Postremo non is est periegeta, qui de omnibus quas narrat ad unam fabulis meditando iudicium sibi comparasse putandus sit argumentis stabilitum: bonam potius partem commendare voluisse illum ipsi lectori[1]) diiudicandam nescio an iure inde colligam, quod in quas mythus abiit formae saepe enumerantur omnes[2]).

Haec si recte sunt disputata, errant qui quidnam discriminis inter mythologiam et historiam intercederet censeant Pausaniam prorsus ignorasse[3]). Nimirum tenax fuit plerumque credulitatis olim vulgaris: quapropter fabulis ipsi suspectis saepe maluit praesidium conflare auxilio hinc illinc petito quam missis ambagibus omnem detrahere fidem. Verum opposuit idem non tantum dubitationes easque interdum non spernendas mythis antiquis, sed etiam quae eius erat de quibusdam illarum sententia aliquando est immutata (VIII 8, 3): atque utrumque, si scriptoris aetatem spectas, gravissimum. Antoninorum enim saeculo in dies evanescebat religio, qua antiquitus prohibiti erant mythologiam sacrosanctam labefactare[4]).

Cuius rei ut pauca subnectam testimonia, in oculos incurrit cautos esse in fabulis enarrandis etiam Aristidem, Artemidorum, Apuleium periegetae aequales[5]), quippe quos et

2. Contra II 28, 3: *ὡς Ἐπιδαύριοί τε λέγουσι καὶ εἰκὸς ἔχει.* Dubitationem scriptoris fortasse levem significant etiam verba, quibus transitus fit ad novi aliquid: *ταῦτα μὲν οὕτω γενέσθαι λέγουσιν* (I 19, 4; 41, 4 (*οὖν* delendum est); III 16, 3) — *ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται* (I 31, 4; VI 26, 9; VIII 20, 4) — *οὗτος μὲν ταῦτα ἔλεγεν* (I 21, 2; X 4, 6).

1) VIIII 8, 1: *λόγῳ τῷδε ἄλλος πού τις πεισθήσεται.*

2) V 2, 3; 16, 5; VI 20, 15; III 12, 6; 13, 5; VIII 24, 1; 48, 7; VIIII 27, 2; X 5, 10; 8, 9; 38, 1.

3) cf. Wahrmund, *die Geschichtschreibung der Griechen* p. 120. 1859.

4) cf. Schmidt, *Gesch. der Denk- u. Glaubensfreiheit im ersten Jahrh. n. Chr. G.* p. 177 sqq. — Burckhardt, *die Zeit Constantin's d. Gr.* p. 167 sqq.

5) Arist. I p. 16: *εἰ δὲ δεῖ — τοὺς μύθους μὴ ἀτιμάσαι* (de beneficiis Minervae). Apul. flor. III 17: quippe si fides fabulis (de Orpheo et Arione). Art. IIII 63; III 17; II 12, p. 157; III 50.

ipsos non fugerit quot additamenta deberentur solis poetis[1]). Aperte deinde fabulae, cui Pausanias vult *σοφίαν* aliquam subesse, adversatur[2]) Aristides ac solet (si quid video) quod ab historiae veritate omni ex parte abhorrere suspicatur verbo significare *μῦθος*[3]). Artemidori autem haece superest divisio tripartita IIII 47, p. 359: *μέμνησο δέ, ὅτι τῶν ἱστοριῶν μόναις σοι προσεκτέον ταῖς πάνυ πεπιστευμέναις ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων τεκμηρίων, ὅτι εἰσὶν ἀληθεῖς· ὡς τῷ πολέμῳ τῷ Περσικῷ, καὶ ἔτι ἄνωθεν τῷ Τρωϊκῷ καὶ τοῖς ὁμοίοις. — Ἔτι τῶν ἱστοριῶν χρὴ προσέχειν καὶ ταῖς πολυθρυλλήτοις καὶ πρὸς τῶν πλείστων πεπιστευμέναις, οἷα τὰ περὶ Προμηθέα καὶ τὴν Νιόβην καὶ τῶν τραγῳδουμένων ἕκαστον. Ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχοι, ἀλλ' οὖν γε διὰ τὸ προειλῆφθαι πρὸς τῶν πλείστων ὁμοίως ταῖς περιοχαῖς ἀποβαίνει. Ὅσα δὲ παντελῶς ἐξίτηλα καὶ φλυαρίας καὶ λήρου μεστά, ὡς τὰ περὶ τὴν γιγαντομαχίαν καὶ τοὺς Σπαρτοὺς τούς τε ἐν Θήβαις καὶ τοὺς ἐν Κόλχοις καὶ τὰ ὅμοια*[4]), *ἤτοι τέλεον οὐκ ἀποβήσεται* —. *εἰ μή τι ἄρα τῶν μυθικῶν τούτων φυσικὴν ἐπιδέχοιτο τὴν ἐξήγησιν*[5]).

Per dubitationem vero progressio fit a caeca quae sibi constat approbatione ad eam opinionem, qua *μῦθον* putent *λόγου τινὸς ἔμφασιν εἶναι ἀνακλῶντος ἐπ' ἄλλα τὴν διάνοιαν*[6]) sive ad interpretationem mythi. Apuleius igitur Minervam hoc modo dissolvit de d. Socr. 24: „nec aliud te in eodem Ulixe Homerus docet, qui semper ei comitem voluit esse

---

1) Arist. I p. 55: *τὰ δ' οἶμαι βούλεται λέγειν δι' ὑπερβολῆς*; p. 25; 81; II p. 563. Apul. flor. III 22. Plut. *πῶς δ. τ. ν. ποιημ. ἀκ.* 2.

2) I p. 2. Praeterea cf. II p. 563 et Paus. VIIII 30, 4; Art. IIII 63 et Paus. II 21, 5; Art. IIII 47, p. 360 et Paus. II 21, 9; VIIII 5, 9; 5, 3; 10, 1; VIII 29, 2; Art. IIII 47, p. 361 et Paus. V 1, 4; Art. II 12, p. 157 et Paus. VIII 3, 6.

3) I p. 42: *εἴτε λόγον εἴτε καὶ μῦθον χρὴ φάναι.* p. 306: *τὰ μυθώδη — τοὺς λόγους.* p. 27: *εἰ γὰρ δεῖ καταλύσαντα τοὺς μύθους εἰπεῖν εἰς τὸ μέσον τὰ τῆς θεοῦ.*

4) cf. II 44, p. 226 et IIII 47, p. 358.

5) II 39, p. 222: *ἐξαιρέτως δὲ καὶ τὰ μυστήρια αὐτῶν πένθους εἰσὶ σημαντικά· καὶ γὰρ εἰ ὁ φυσικὸς αὐτῶν λόγος ἄλλο τι περιέχει, ὅ γε μυθικὸς καὶ ὁ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦτο δείκνυσιν.*

6) Plut. *περὶ Ἴσιδ. κ. Ὀσ.* 20.

prudentiam, quam poetico ritu Minervam nuncupavit.“ De eadem dea quae circumferebantur fabulas Aristides intellexit maximam partem nihil aliud sibi velle nisi quot quantaque sint illius de genere humano merita exprimere (I p. 27). De Vulcano asino vecto atque in gratiam Iunonis reducto a Baccho (Paus. I 20, 3) ita disserit idem I p. 49: *καὶ ὡς μὲν αἴνιγμά ἐστιν ἐν τῷ λόγῳ δῆλον, δῆλον δὲ καὶ οἷ τελευτᾷ τὸ αἴνιγμα, ὡς ἄρα πολλή τις καὶ ἄμαχος ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ, καὶ δύναιτ' ἂν καὶ ὄνους πτεροῦν, οὐχ ἵππους μόνον· ὥσπερ καὶ λεόντων γάλα ἀμέλγειν ἀνέθηκέ τις αὐτῷ Λακωνικὸς ποιητής· καὶ οὐδὲν ἄρα οὕτως βεβαίως δεδήσεται, οὐ νόσῳ, οὐκ ὀργῇ, οὐ τύχῃ οὐδεμιᾷ, ὃ μὴ οἷόν τ' ἔσται λῦσαι τῷ Διονύσῳ*[1]). De Endymione astrologo (Art. IIII 47, p. 361) iam vidimus. Quod gravissimum est: quot impetus putas mythologiam sacram et profanam expertam, antequam Luciano licuit salso illam perstringere ludibrio? Neque hoc satis fuit Samosatensi: invectus est postea[2]) in penetralia sanctissima ipsius religionis, idque suo iure. Nam antiquis temporibus ut mythologiae sacrae cultus deorum et veneratio erant superstructa, ita hanc columnam necesse fuit corruere fundamento illo labefactato et subverso[3]). Testes sunt omnes Antoninorum aetatis scriptores: et vestigia quaedam h u i u s interitus in dies appropinquantis praebere etiam Pausaniam spero fore ut particula commentationis doceat quae sequitur altera.

---

1) cf. Paus. VIII 8, 3. Art. IIII 71. Welcker l. d. I p. 94, 7.

2) cf. Hermann, *Ges. Abhandl. u. Beitr.* p. 213.

3) cf. Apul. de d. Socr. 3: ceterum profana philosophiae turba imperitorum, vana sanctitudinis, priva verae rationis, inops religionis, impos veritatis, scrupulosissimo cultu, insolentissimo spretu deos neglegit: pars in superstitione, pars in contemptu timida vel tumida. Hos namque cunctos deos in sublimi aetheris vertice locatos, ab humana contagione procul discretos, plurimi sed non rite venerantur, omnes sed inscie metuunt, pauci sed impie diffitentur.

II

De fato, fortuna, providentia divina.

Μοῖρα, *πεπρωμένη*, *πεπρωμένον*, *χρεών* apud Pausaniam significant (ut brevis sim) aut generali notione fatum[1]) aut speciali supremum quem unicuique aliquando obtingere necesse est diem sive mortem[2]).

Et fati quidem illius potestati si quaeris num deos eximat scriptor, vereor ut eius iudicium usque quaque sibi constiterit. Iovi certe mundi regimen assignatur I 40, 4: *δῆλα δὲ πᾶσι τὴν Πεπρωμένην μόνῳ οἱ* (Iovi) *πείθεσθαι, καὶ τὰς ὥρας τὸν θεὸν τοῦτον νέμειν ἐς τὸ δέον.* Postea autem nullas partes deis esse relictas nisi ut quidquid fato placuerit exequerentur, nonne veri simile reddunt verba quae leguntur V 15, 5: *Μοιραγέτα· δῆλα οὖν ἐστὶν ἐπίκλησιν εἶναι Διὸς ὃς τὰ ἀνθρώπων οἶδεν, ὅσα διδόασιν αἱ Μοῖραι καὶ ὅσα μὴ πέπρωταί σφισι*[3]) — IIII 20, 1: *τήν τε Εἷραν ἐπέπρωτο ἁλῶναι καὶ ἀναστάτους γενέσθαι Μεσσηνίους, καὶ δή σφισιν ἐπετέλεσεν ὁ θεὸς — χρησθέν τι* — 21, 6: *ὥστε κἂν παρελθεῖν ἐδυνήθησαν τὸ πεπρωμένον. ἀλλὰ ὁ θεὸς τὸ ὕδωρ ἐπήγαγεν* — VIII 21, 3? Mortalibus igitur

---

1) Huc pertinet quodam modo etiam impersonale quod dicunt *ἔμελλεν* sive *ἔδει* (multo rarius) cum infinitivo aliquo coniunctum. cf. Naegelsbach l. d. p. 152.

2) *τὸ χρεὼν ἐπέλαβε* — II 9, 4; 30, 7; III 4, 5; 7, 5; 2, 4; IIII 23, 3. *ἐπέλαβε μοῖρα ἡ καθήκουσα* — I 9, 3; III 10, 2. *κατέλαβε τὸ χρεών* I 11, 4; III 10, 5. *κατέλαβεν ἡ πεπρωμένη* — III 1, 3; VIII 51, 4. Praeterea cf. IIII 20, 3; III 6, 2; IIII 8, 5.

3) Minus accurate iudicat Naegelsb. p. 150.

suam cuique sortem tribuunt Parcae, et humana consilia nihili sunt, siquidem contra legem repugnant ab illis constitutam[1]: quippe cui obluctari nequeant neque singuli homines[2]) neque gentes[3]). Attamen posse aliquid fieri ὑπέρμορον conceditur, nisi forte quae sola huc spectant verbis (IIII 21, 6) originem dedit Rhianus epicus poeta Homerum dicendi genere aemulans[4]), quem in hoc libro apprime constat periegetam secutum esse (IIII 6, 2): quae coniectura nescio an commendetur cum alto eius silentio de rebus, quas profecto ὑπερμόρῳ illo putaverit immutatas[5]), tum universae bellorum Messenicorum descriptionis colore maxime poetico (IIII 22, 7; 25, 5) atque a ceterorum περιηγήσεως librorum[6]) simplicitate ieiunaque exilitate longe alieno.

Τύχη apud Pausaniam significat aut generali notione fortunam[7]) aut speciali sortem quae unicuique obtigit (IIII 18, 7; 36, 6; VIIII 1, 7; 11, 2) sive felicem (εὐτυχίαν VIII 50, 2; VIIII 33, 6; εὐτύχημα VIIII 6, 1) sive infelicem (ἀτυχίαν, VII 14, 6; ἀτύχημα IIII 26, 4; 35, 3; 36, 6; VI 3, 3; VII 10, 5; VIII, 6, 2; X 33, 3).

Et fortuna quidem fatum praecellit vi VII 26, 8: *ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τε ἄλλα πείθομαι τῇ ᾠδῇ, καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι ἰσχύειν*[8]): quo-

---

1) IIII 9, 6: *τὰ δὲ ἀνθρώπων καὶ οὐχ ἥκιστα τὸ πρόθυμον ἡ Πεπρωμένη* (hanc cur statuerit Schubart l. d. p. 312*) significare idem quod *δαίμων* vel *δαιμόνιον* me fugit) *κατὰ ταὐτὰ ἐπικρύπτει καὶ εἰ ψηφῖδα ἐπιλαβοῦσα ἰλὺς ποταμοῦ, ὅπου καὶ τότε Ἀριστοδήμῳ — τὸ ἐμπόδιον ἐπήγαγε τοιόνδε.*

2) II 16, 3: *οὐδὲ ἀπέτρεψέν οἱ τὸ χρεὼν τὰ ἐς τὴν παῖδα — παρευρήματα.* III 18, 16: *ὡς πάντως οἱ ἀποθανεῖν πεπρωμένον.* 21, 7 et 10.

3) III 3, 4: *τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη Μεσσηνίους ἤλαυνεν ἐκτὸς Πελοποννήσου.* IIII 13, 1: *ἔρρεπε γὰρ ἤδη τὸ χρεὼν ἐς ἅλωσιν τῶν Μεσσηνίων.*

4) cf. Meineke, anal. Alex. p. 200.

5) Talia autem exhibet Homerus: Od. I 33; Il. XVI 780. Itaque non prorsus consentit Pausanias cum illo. Naegelsb. p. 152.

6) Exceptis locis quales sunt VII 17, 1—4; VIII 49—51.

7) cf. Lehrs, *Populaere Aufsaetze aus d. Alt.* p. 153 sqq.

8) Utriusque numinis notio videtur confusa IIII 9, 6 et 13, 4. Naegelsb. p. 155.

circa praeter mortales deos[1]) quoque in eius ditione[2]) collocasse scriptor existimandus est utpote boni[3]) et mali[4]) eventus auctoris[5]).

Προνοίας θείας duo extant apud periegetam exempla II 31, 1: *τό τε ἐκ τοῦ λαβυρίνθου δυσέξοδον καὶ λαθόντα ἀποδρᾶναι*[6]) *μετὰ τὸ ἔργον ἐποίησεν εἰκότα τὸν λόγον ὡς προνοίᾳ θείᾳ καὶ αὐτὸς ἀνασωθείη Θησεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.* V 13, 6: *καί πως κατὰ πρόνοιαν τοῦ θεοῦ τηνικαῦτα * παρὰ Ἠλείων ἐπανόρθωμα αἰτούντων νόσου λοιμώδους.*

Iam vero summum mundi regimen cuinam detulerit Pausanias, fatone an fortunae an providentiae divinae, ut parum liquet vestigiis inter se collatis: ita non usum esse illum iudicio omni ex parte certo et claro excitant suspitionem et ipsius inconstantia modo detecta et aequalium de eisdem numinibus sententia laxa illa ac fluctuans. Audias quaeso Frontonem p. 147 (N.): „hocine ullo modo aequum aut iustum fuit, si providentia res gubernat? Hoc idem recte provisum est, si fato cuncta humana decernuntur? Nullum ergo inter bonos ac malos fortunarum discrimen erit? sqq.“; cf.

---

1) Sed cf. IIII 17, 3: *ἀρετῇ τε οἱ μαχόμενοι καὶ τύχαις ἐκ τοῦ θεοῦ διεκρίνοντο* (25, 5); I 29, 11.

2) IIII 30, 5: *πέρα δὲ ἐδήλωσεν* (Homerus) *οὐδὲν ἔτι, ὡς ἡ θεός* (*Τύχη*) *ἐστιν αὕτη μεγίστη θεῶν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι καὶ ἰσχὺν παρέχεται πλείστην.* VII 26, 8.

3) I 17, 1: *δῆλά τε ἐναργῶς, ὅσοις πλέον τι ἑτέρων εὐσεβείας μέτεστιν, ἴσον σφίσι παρὸν τύχης χρηστῆς* (cf. 29, 10.). VII 17, 1; VIII 33, 3.

4) VIII 33, 1: *θαῦμα οὐδὲν ἐποιησάμην εἰδὼς — τὰ γινόμενά τε καὶ ὁπόσα ἀπόλλυται μεταβάλλουσαν τὴν τύχην καί, ὅπως ἂν αὐτῇ παρίστηται, μετὰ ἰσχυρᾶς ἀνάγκης ἄγουσαν.* VI 2, 10; VIII 33, 4.

5) Homerus *Τύχην* ignorat: id quod miror Naegelsbachium non prohibuisse, quin Pausaniae *θεολογούμενα* ad illum fontem redigeret.

6) Malim: *τὸ ἐκ τοῦ λαβυρίνθου δυσεξόδου λαθόντα ἀποδρᾶναι.* Particulas *τε-καί* vel *καί* saepe de suo addiderunt Pausaniae librarii: exemplis in libello, quo optime consuluit Schubart artem criticam professuris (*Bruchstücke zu einer Methodologie der diplom. Kritik*, 1855, p. 103.), collectis addo VIII 43, 6: *ὁ δὲ Ἀντωνῖνος οὗτος ὁ δεύτερος* [*καὶ*] *τούς τε Γερμανοὺς — καὶ ἔθνος τὸ Σαυρ. — τιμωρούμενος ἐπεξῆλθε.*

p. 70; Gell. VII 1 et 2; XIII 1. Simili modo in diversa trahitur Aristides[1]), Apuleius autem infinitam potestatem providentiae[2]), fati[3]), fortunae[4]) praedicans postea demum, nisi fallor, principalem locum sibi persuasit esse deorum[5]). Omnino quaenam esset uniuscuiusque numinum illorum provincia, tum quomodo cum eis conciliari posset consilii iudiciique arbitrium in nobis positum, haec quaestio ut in dies magis vexaret omnium fere animos, potissimum in causa fuere philosophorum recitationes publice privatimque hoc tempore creberrimae. Atque stoicos notum est controversiam sic expediisse, ut *θεόν* idem perhiberent atque *εἱμαρμένην*[6]), inter hos M. Aurelium, quamquam ne is quidem semper sibi congruit[7]). Verum quot-

---

1) I p. 102: *ἡ τὰ πάντα διοικοῦσα πρόνοια καὶ διατάττουσα.* II p. 336: *τί τοῦτο λέγων; τὴν τύχην διὰ τῆς Ἀθηνᾶς, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, δηλῶν, ὅτι τἀνθρώπεια ὅπη βούλεται στρέφει, καὶ οὐ πάντη τῶν προεχόντων τὰ ἆθλα.* II p. 338: *ὡς ἀληθῶς προφήτου τινὸς εἶναι δόξειεν ἄν, ὡς θεὸς μὲν καὶ τύχη πάντ' ἄγουσι, τὸ δ' ἡμέτερον πᾶν ἦν ἄρα παιδιά.*

2) mett. VI 15 et 29; XI 1, 10, 30, 21; VIIII 27.

3) mett. XI 1 et 12; flor. IIII 19; apol. 96; 84: fato adscribit, a quo multum magia remota est vel potius omnino sublata. Quae enim relinquitur vis cantaminibus et veneficiis, si fatum rei cuiusque veluti violentissimus torrens neque retineri potest neque impelli?

4) mett. X 24; VIIII 1; XI 15; VII 2: subiitque me, non de nihilo veteris priscaeque doctrinae viros finxisse ac pronuntiasse, caecam et prorsus exoculatam esse Fortunam: quae semper suas opes ad malos et indignos conferat sqq.

5) mett. VIIII 1: sed nimirum nihil fortuna renuente licet homini nato dexterum provenire: nec consilio prudenti vel remedio sagaci divinae providentiae fatalis dispositio subverti vel reformari potest. X 12: et illius quidem senis famosa atque fabulosa fortuna providentiae divinae condignum accepit exitum. XI 6 et 25; de d. Plat. I 12; de mund. 38.

6) cf. Schwegler, *Gesch. d. griech. Phil.* p. 227, 27.

7) *εἰς ἑαυτ.* XII 14: *ἤτοι ἀνάγκη εἱμαρμένη καὶ ἀπαράβατος τάξις, ἢ πρόνοια ἱλάσιμος, ἢ φυρμὸς εἰκαιότητος ἀπροστάτητος* sqq. VIIII 40 et 1. Sed cf. II 3: *τὰ τῶν θεῶν προνοίας μεστά. Τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως ἢ συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων. πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ· πρόσεστι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον, οὗ μέρος εἶ. — Ταῦτά σοι ἀρκείτω, ἀεὶ δόγματα ἔστω. τὴν δὲ βιβλίων δίψαν ῥίψον, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνῃς,*

quot imperatoris exemplum imitati sunt: syllogismi, quibus stoicorum nitebatur doctrina, partim erant tam futiles[1]), ut permultos ad aliorum philosophorum sectas refugere maluisse non sit quod miremur, praesertim cum quod hi offerebant speciosum esset et cuilibet libidini explendae pergratum[2]). Sublatis enim deis quibus curae essent homines, a fato quodam et fortuna homunculi illi a priscorum philosophorum venerabili auctoritate longe remoti[3]) evulgabant omnia pendere invicta necessitate, humanum igitur arbitrium esse nullum[4]). Sensisse sane Antoninorum aetate videntur omnes, quam dogma vetustum de tripartito mundi imperio contineret contradictionem: huic suo Marte extirpandae impar fuit aevum antiquum. Namque reconciliatio effici non potuit nisi religionis christianae providentia divina una illa ac benigna, cui viam quodam modo parabat ipsum illud numen tripartitum magis magisque languescens et expirans.

ἀλλὰ ἵλεως ἀληθῶς καὶ ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς. II 11: *ἀλλὰ καὶ εἰσὶ (θεοί), καὶ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων.*

1) Licet hoc colligere e colloquio Timoclis stoici et Damidis Epicurei a Luciano hilariter ficto procul dubio ad veritatem — *Ζεὺς τραγ.* 35 sqq. (51: *εἰ γάρ εἰσὶ βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί*).

2) Luc. *ἀπολ.* 8: *ἆρά μοι κράτιστον, — ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν, — λέγω δὲ τὴν Τύχην καὶ Μοῖραν καὶ Εἱμαρμένην — καὶ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν μοι τοὺς ἐπιτιμῶντας εἰδότας, ὡς οὐδενὸς ἡμεῖς κύριοι, ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δὲ μιᾶς τῶν προειρημένων ἀγόμεθα οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι παντάπασιν ὄντες ὧν λέγομεν ἢ ποιοῦμεν.* — cf. *νεκρικ. δ.* 19, 2; 30; *Χάρ.* 16; *Μένιππ.* 16; *Νιγρ.* 20.

3) cf. de his praeter Lucianum Arist. II p. 398; Gell. I 2; 9, 8 sqq.; VIIII 2; X 22; XIII 8, 5; 24; XVII 19; V 1; 15, 9; 16, 5; VII 10, 5.

4) Luc. *θεῶν ἐκκλ.* 13: *ἢ ποῦ γάρ ἐστιν ἡ πολυθρύλητος ἀρετὴ καὶ φύσις καὶ εἱμαρμένη καὶ τύχη, ἀνυπόστατα καὶ κενὰ πραγμάτων ὀνόματα ὑπὸ βλακῶν ἀνθρώπων τῶν φιλοσόφων ἐπινοηθέντα; καὶ ὅμως αὐτοσχέδια ὄντα οὕτω τοὺς ἀνοήτους πέπεικεν, ὥστε οὐδεὶς ἡμῖν οὐδὲ θύειν βούλεται, εἰδὼς ὅτι, κἂν μυρίας ἑκατόμβας παραστήσῃ, ὅμως τὴν τύχην πράξουσαν τὰ μεμοιραμένα καὶ ἃ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῳ ἐπεκλώσθη.* Praeterea cf. *Ζεὺς ἐλεγχ.*; Art. p. 1; II 39, p. 223.

De deis hominibusque.

Θεός apud Pausaniam significat aut certum aliquem deum[1]) articulo semper addito aut incertum (= *τὸ θεῖον*[2]) sive *τὰ θεῖα*[3]) articulo sive addito[4]) sive omisso[5]). — *Δαίμων* significat aut certum aliquem deum[6]), plerumque inferioris ordinis[7]) aut incertum quoddam numen idque efficax[8]) (= *δαίμονες*[9]) sive *τὸ δαιμόνιον*[10]) aut numen uniuscuiusque mortalium per totam vitam proprium[11]) aut animum hominis mortui iniurias ei illatas ulciscentem[12]) et auxiliantem quibuscum olim erat consuetudo[13]).

---

1) Ut Apollinem II 9, 7; III 23, 5; Aesculapium II 10, 3; 26, 7; Iovem III 8, 5. Ad hunc deum referenda sunt etiam verba *ὕσαντος τοῦ θεοῦ, τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ.*

2) I 25, 7: *τά τε ἐς ἀνθρώπους μάλιστα ἀνήμερον καὶ ἐς τὸ θεῖον ἀφειδέστατον.* 44, 7; IIII 27, 8; V 21, 1 et 4; 25, 1; VIII 2, 3; 8, 3.

3) I 24, 3; II 1, 5; III 23, 3; VIII 10, 3; VIIII 29, 3.

4) Contra apud Thucydidem VII 77, 4 scribendum censet Krueger *θείου* pro *θεοῦ*: nam „*ὁ θεός* *sagt Th. nur von einem bestimmten Gotte, z. B. dem Apollon.*"

5) *θεός* — I 5, 4; IIII 18, 7; 29, 4; VII 7, 8; V 10, 1; 13, 6; VIII 7, 5; 10, 4; 18, 6; VIIII 36, 3; X 2, 3; 23, 8. — *θεοί* — III 4, 6; 16, 5; V 25, 3; X 1, 9; IIII 6, 6; 18, 5; VII 17, 3; VI 11, 7; VII 15, 6; VIIII 17, 6. cf. Lehrs l. d. p. 128 sqq.

6) Ut Dionysum VII 19, 6; Apollinem VIII 11, 10.

7) Glaucum VI 10, 1; VIIII 22, 7; Sosipolin VI 20, 2 et 25, 4; Agdistin VII 17, 10; Herculem IIII 14, 7. cf. Art. II 13, 38, 40, 56, 12.

8) III 6, 1; IIII 6, 1; 17, 6; 20, 2; 18, 5; 26, 3; 29, 9 et 13; VI 5, 3; VII 17, 1; VIII 7, 7; 33, 3; VIIII 40, 10; X 32, 10; 34, 3; 37, 4; 2, 6. Omnibus his locis cum adiecerit Pausanias articulum, restituendus est etiam VIIII 21, 3: *καὶ τήνδε ἐς χεῖρά ποτε ὁ δαίμων ἄγει.* — Arist. I p. 260, 436, 762; Art. II 68, p. 247.

9) VII 14, 6.

10) II 33, 3; VIII 33, 1; VIIII 37, 8. Art. I 16.

11) I 5, 4: *οὐ σὺν ἀγαθῷ δαίμονι.* VI 5, 8: *καί πως οὐ κατά τινα ἀγαθὸν δαίμονα.* VIII 27, 7: *ἔμελλεν — ἠπιωτέρου πειρᾶσθαι — τοῦ δαίμονος.* X 29, 7: *ἐπὶ ἀμείνονι τῷ δαίμονι γῆμαι.* II 16, 2: *κατὰ δαίμονα ὑποπεσών.* X 29, 4: *κατά τινα ἐπιτυχὼν δαίμονα.* Art. I 79, p. 119; V 43.

12) VI 6, 8 sqq.; 20, 17; I 32, 4. cf. I 30, 1 et VIII 24, 8: *ἀλάστωρ.* II 18, 2: *προστρόπαιος.*

13) VIII 10, 9; X 23, 2; I 4, 4. — cf. Wahrmund, *δαίμων in seiner geschichtl. Entwickelung* (diurn. gymn. Austr. 1859. p. 761 sqq.).

Iam nemo opinor assentietur Schubartio, *diurn. antt.* 1851, *p.* 312: *Pausanias denkt sich unter θεός die Person einer Gottheit, ein bestimmtes Mitglied des Goetterkreises; das unsichtbar wirkende Walten einer Weltregierung, und überhaupt die Wirkungen des geahneten Geisterreichs bezeichnet er, wenn auch nicht immer, doch in der Regel mit ὁ δαίμων, τὸ δαιμόνιον.*" Atque haec quidem hactenus[1]).

Moratur periegeta lubentissime in eis rebus narrandis, unde quanto superet immortalium potestas mortalium imbecillitatem possit intellegi. Eam enim deis tribuit vim, cuius indicia in quibusvis quae et singulis hominibus[2]) et populis[3]) obtingunt rebus bonis[4]) et malis[5]) cernantur. Deorum est quae homines agunt custodire[6]), deorum aures dare supplicibus[7]), deorum eventum tribuere quibuslibet hominum studiis[8]):

---

1) Ceterum daemonologia quam vocant curae erat huius saeculi philosophis: cf. Apulei librum de deo Socratis, de M. Aureli *δαίμονι* interno *εἰς ἑαυτ.* V 27; II 13 et 17; VIII 45. — De tota re quae lectitentur dignae sunt dissertationes Lehrsi l. d. p. 123 sqq. et 166 sqq. et Wolffi, Porphyr. de philos. ex orac. haur. p. 214 sqq.

2) I 5, 4: *ἀλλ᾽ οὐδεὶς πόρος ἐστὶν ἀνθρώπῳ παραβῆναι τὸ καθῆκον ἐκ τοῦ θεοῦ.* III 23, 5: *ἠνάγκασεν ὁ θεὸς αὐτόχειρα αὑτοῦ καταστῆναι.* X 2, 6: *Ὀνομάρχῳ μὲν τέλος τοῦ βίου τοιοῦτον ἐπήγαγεν ὁ δαίμων.*

3) IIII 6, 1: *ὁπόσα πολεμοῦσιν ἑκατέροις ὁ δαίμων παθεῖν ἢ δρᾶσαι παρεσκεύασε* (VI 5, 3; X 34, 3). VIII 10, 9: *Γαλατῶν στρατὸς ἀπώλετο — ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἐναργῶς ὑπὸ δαιμόνων.* X 23, 8: *ἡ ἐκ τοῦ θεοῦ μανία.* VIII 10, 4; III 6, 1.

4) VIII 36, 5: *εἰ δὲ ἀγαθῶν οἱ θεοὶ δοτῆρές εἰσιν ἀνθρώποις* (Hom. Od. VIII 325). I 17, 1: *Ἐλέου βωμός, ᾧ μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον βίον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων ὅτι ὠφέλιμος* —. IIII 18, 5; 29, 13; VIIII 21, 3.

5) X 32, 10: *ἐς τὸ χεῖρον ἔτρεψεν ὁ δαίμων.* IIII 17, 6.

6) V 10, 1: *μάλιστα δὲ τοῖς Ἐλευσῖνι δρωμένοις καὶ ἀγῶνι τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ μέτεστιν ἐκ θεοῦ φροντίδος.*

7) VIII 37, 11: *θεῶν δὲ ὁμοίως τοῖς δυνατωτάτοις καὶ τούτῳ μέτεστι τῷ Πανὶ ἀνθρώπων τε εὐχὰς ἄγειν ἐς τέλος* —. VII 17, 13: *ἦν γάρ τις θεῶν ᾧ τοῦ Οἰβώτα τελεῖσθαι τὰς κατάρας οὐκ ἀμελὲς ἦν.* VII 27, 1.

8) X 37, 4: *ἅτε ἀνθρώποις τοῦ δαίμονος ὁμοίως ἐπὶ ἔργῳ παντὶ καὶ τὰ* (articulum cur adiecerim, patet) *ἀμείνω καὶ τὰ χείρω νέμοντος.* VIIII 40, 10.

quapropter hos nihil agere diligentius oportet quam ut secum faciat *τὸ ἐκ θεῶν εὐμενές*[1]). Inde paraphrasis illa usitatissima *οὐκ ἄνευ θεοῦ*[2]). Mortales ut frustra annituntur contra caelestium voluntatem[3]), ita pro horum arbitrio est quaecumque minus placeant funditus destruere[4]).

Suprema autem divini regiminis norma et regula est i u s t i t i a conspicua, quandoquidem sempiterna felicitas a genere humano est aliena[5]), in rerum secundarum et adversariarum distributione[6]), maxime vero in poenis quibus noxii afficiuntur. Deorum est *ὁπόσα ἔοικεν ἀποδοῦναι τοῖς πονηροῖς*

---

1) V 25, 3: *τὸ δὲ ἐκ τῶν θεῶν εὐμενὲς ἐπὶ παντὶ ἐργάζεται ῥαστώνην.* X 1, 9: *προσγενομένου δὲ καὶ τοῦ ἐκ θεῶν εὐμενοῦς, νίκην τῶν τότε ἀνείλοντο ἐπιφανεστάτην.* III 16, 5; IIII 6, 6.

2) IIII 18, 7; VII 8, 8; III 2, 4; IIII 29, 4; X 14, 7. VIII 10, 9: *οὐκ ἄνευ τοῦ Ποσειδῶνος.* VII 26, 3: *οὐκ ἄνευ τῆς Ἀρτέμιδος.* II 9, 5: *σὺν θεῷ πεποιημένον.*

3) II 1, 5: *οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ τὰ θεῖα βιάσασθαι.*

4) IIII 29, 9: *πέφυκε δὲ ἄρα ὡς ἐπίπαν μεταπίπτειν τὰ ἀνθρώπινα.* VIII 33, 1: *εἰ δὲ ἡ Μεγάλη πόλις — εὐδαιμονίαν τὴν ἀρχαίαν ἀφῄρηται καὶ τὰ πολλά ἐστιν αὐτῆς ἐρείπια ἐφ' ἡμῶν, θαῦμα οὐδὲν ἐποιησάμην, εἰδὼς τὸ δαιμόνιον νεώτερα ἀεί τινα ἐθέλον ἐργάζεσθαι* sqq. 33, 3: *ταῦτα μὲν δὴ ἐποίησεν ὁ δαίμων εἶναι τὸ μηδέν.* 33, 4: *οὕτω μὲν τὰ ἀνθρώπινα πρόσκαιρά τε καὶ οὐδαμῶς ἐστὶν ἐχυρά* (cf. Schubart l. d. p. 313). VII 17, 1; VIIII 37, 8; 36, 3; VIII 7, 7; II 7, 1.

5) VIII 24, 13: *ἀλλὰ ἀνθρώπων μὲν τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ κακὰ ἄν τις ἐλάσσονα ἀναδέξαιτο, καθὰ καὶ ναῦς ἧσσον ἂν χειμασθείη νεὼς ἄλλης· ἄνδρα δὲ συμφορῶν ἀεὶ στάντα ἐκτὸς ἢ τὰ πάντα οὐρίῳ ναῦν χρησαμένην πνεύματι οὐκ ἔστιν ὅπως δυνησόμεθα ἐξευρεῖν, ἐπεὶ καὶ Ὅμηρος κατακείμενον παρὰ τῷ Διὶ ἀγαθῶν πίθον, τὸν δὲ ἕτερον κακῶν ἐποίησεν* sqq. cf. Arist. I p. 430: *πταῖσαι μὲν συνέβη κατὰ τὴν κοινὴν ἀνθρώπων τύχην, ἣν οὐχ οἷόν τε ἀμοίρους κακῶν εἰς τέλος διεξελθεῖν.* I p. 441: *ἀκίνητον δὲ οὐδέν, φασί, τῶν ἐν ἀνθρώποις· ἀλλὰ καὶ γῆ θάλατταν δέχεται καὶ θάλαττα ἠπειροῦται· καὶ πόλεις αἱ μὲν κατὰ γῆς ἔδυσαν, αἱ δ' ὑπὸ ῥευμάτων οὐρανίων τε καὶ παντοίων ἠφανίσθησαν. ἴδιον γὰρ τοῦ θνητοῦ γένους αἱ μεταβολαί, καὶ πολλὰ τὰ θαύματα τοῦ χρόνου.*

6) VIII 19, 3: *καὶ οὕτω φαίνοιτο ἂν Ἀρκάσι τὸ μὲν πρὸς Φενεῷ ὕδωρ, ὃ Στύγα ὀνομάζουσιν, ἐπ' ἀνθρώπου συμφορᾷ ἀνευρημένον, ἡ δὲ πηγὴ ἡ ἐν Κυναιθαεῦσιν ἀγαθὸν οὖσα ἀντίρροπον τῷ ἐκεῖ πήματι.* VIII 18, 6: *ἔδωκε ἄρα ὁ θεὸς τοῖς μάλιστα ἀπερριμμένοις κρατεῖν τῶν ὑπερηρκότων τῇ δόξῃ.*

(VIII 37, 11): *ἐπίφθονοι δὲ ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσί* (VIIII 17, 6[1]). Itaque certum est assequi numen immortalium scelestos, quamquam interdum spatio quodam temporis interiecto (VIII 2, 5): vindices sunt et quas ipsi passi sunt iniuriarum[2]) et quae hominum damnum spectavere scelerum. Atque is est iustitiae amicus Pausanias, qui facinore aliquo commemorato poenas quas merito luit auctor numquam fere praetermittat silentio[3]) maximi aestimans *Νεοπτολέμειον καλουμένην τίσιν*, i. e. *τὸ παθεῖν ὁποῖόν τις καὶ ἔδρασε* (IIII 17, 4). Quamobrem valde ei placet, quod Arcades *ἐν χωρίῳ τῷ αὐτῷ* a Romanis sunt interfecti, quo olim Graecos cum Philippo Macedonum rege confligentes deseruerunt (VII 15, 6), ac in deorum voluntatem vertit sine dubio, quod *ὁ Φιλόμηλος ῥίπτει τε αὐτὸν ἐν τῇ φυγῇ κατὰ ὑψηλοῦ καὶ ἀποτόμου κρημνοῦ καὶ ἀφίησιν οὕτω τὴν ψυχήν· ἐτέτακτο δὲ καὶ ἄλλοις τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἐς τοὺς συλῶντας αὕτη ἡ δίκη* (X 2, 4). Ex omnibus denique quae committi possunt sceleribus vehementissime detestatur Pausanias sacrum asyli ius laesum[4]) et periurium[5]), quod quidem habet tam nefarium, ut posteri quoque culpa teneantur[6]): *ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀρείων* (VIII 7, 8). Postremo pro miseriae quae homini accidit auctore persaepe exhibet *τὸ μήνιμα* aut dei[7]) aut mortui

1) cf. Herod. IIII 205: *ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίαν ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται.*

2) VIII 5, 5; 10, 3; 38, 6; 28, 5; VIIII 10, 5.

3) cf. I 9, 3; 44, 8; 43, 7; VIII 51, 5; IIII 17, 4; VIIII 33, 6.

4) I 20, 7; VII 25, 1; IIII 24, 6 sq.; VII 24, 6; III 9, 13.

5) VIII 7, 5: *στρατηγὸν δὲ ἀγαθὸν οὐκ ἄν τις φρονῶν ὀρθὰ καλέσειεν αὐτόν, ὅς γε καὶ ὅρκους θεῶν κατεπάτησεν ἀεὶ καὶ σπονδὰς ἐπὶ παντὶ ἐψεύσατο, πίστιν τε ἠτίμασε μάλιστα ἀνθρώπων.* II 22, 1; VII 7, 4; IIII 22, 7.

6) II 18, 2: *εἰ δὲ ἐπὶ τοσοῦτο αὐτοῖς τὸ μίασμα τὸ Πέλοπος καὶ ὁ Μυρτίλου προστρόπαιος ἠκολούθησε, τούτοις ἦν ἄρα ὁμολογοῦντα, ἡνίκα ἡ Πυθία Γλαύκῳ — βουλεύσαντι ἐπίορκα ὀμόσαι, καὶ τοῦδε εἶπεν ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην.*

7) *Μήνιμα ἐκ θεῶν* III 4, 6; VI 11, 7; VIII 2, 5; 7, 5; X 30, 1. — *Ἱκεσίου* (*Διός*) I 20, 7; III 17, 9; VII 25, 1 (*ἀπαραίτητον*). — *Ποσειδῶνος* IIII 24, 6 sq.; VII 24, 6. — *ἐκ τοῖν θεοῖν* I 36, 3; III 4, 6. — *Ἀπόλλωνος* III 10, 5; 13, 4; 23, 5 (II 22, 9 *ἔχθος* = *μήνιμα*). — *Ἑρμοῦ* V 1, 7. — *Ἀρτέμιδος* VII 18, 10; 19, 3. — *Διονύσου* VII 21, 3;

alicuius[1]), utriusque aliqua iniuria offensi. Neque tamen a deorum iustitia[2]) alienum putat inducere ad peccandum[3]): sed cf. Naegelsbach p. 57.

Nemesis autem *θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἀπαραίτητος* (I 33, 2) ut de eis iustas sumit poenas qui *ὕβρει* modum quem in omnibus rebus dei volunt servari excesserunt[4]): ita *φθόνος θεῶν* locum habet, ubi quis et ipse quamquam insons culpae modum illum egressus tanta fruitur felicitate, ut vel deorum sortem beatam superare videatur. Est hoc dogma[5]) vetustissimum, quippe quod iam Homero[6]) constet probatum, ab Herodoto[7]) maxime excultum esse: neque desunt eius vestigia apud Pausaniam. Verum hac communi sententia usus qui efficere studuit periegetam imitatorem fuisse Herodoti[8]), is ne ariolando errorem commiserit fere

---

VIIII 19, 1; X 32, 10. — *Διοσκούρων* IIII 27, 1. — *Ἐρινύων* VIIII 5, 15; VIII 34, 3. — *Καβείρων* VIIII 25, 8 (*ἀπαραίτητον*). — *Νεμέσεως* I 33, 2.

1) *M. ἐκ τῶν θυγατέρων τῶν Σκεδάσου* VIIII 13, 5. — *Μυρτίλου* VI 20, 17. — *Ἑλένης* III 19, 13; *Ταλθυβίου* III 12, 7. (cf. p. 30, 12.) — *Ἀλεξάνδρου* VII 17, 2 (de vivo Alexandro).

2) Iniustam aliquem sortem nactum esse semel tantum concedit Pausanias (VII 21, 1). Pertinet vero hoc ad Veneris res, quae quidem *τύχῃ μᾶλλον ἢ ὑπὸ κάλλους κατορθοῦνται* (VII 26, 8). — Ceterum pluribus locis ipsius scriptoris de huius generis rebus extant opiniones: conferant quibus talia sunt in deliciis: I 10, 3; 33, 7; VII 19, 2 et 3 et 5; 21, 4; 23, 3; VIII 24, 9; 31, 6.

3) X 2, 3: *εἴτε τὴν γνώμην σφίσι τοῦ θεοῦ βλάπτοντος εἴτε καὶ αὐτοῖς πεφυκόσιν ἐπίπροσθεν εὐσεβείας τὰ κέρδη ποιεῖσθαι.*

4) cf. Lehrs l. d. p. 55: „*Nemesis ist nichts anderes als die Vergeltung der Hybris, oder die personificirte Goettin, welcher diese Vergeltung vorzugsweise obliegt. Oder noch genauer: es ist eigentlich das Gefühl der Indignation, welches die Hybris erregt; naeher für uns: welche sie bei den Goettern erregend gedacht wird; daher eigentlich auch Nemesis der Goetter, als Eigenschaft der Goetter gedacht, dann auch als selbstaendige Gottheit personificirt.*“

5) Vide Lehrsi dissertationem prorsus egregiam l. d. p. 35 sqq.

6) cf. Odyss. IIII 181; XXIII 211; XIII 173.

7) cf. Hoffmeister, *Lebensansicht des Herodot.* p. 28 sqq. Hoffmann, Philol. 1860. XV, p. 224 sqq.

8) Fuit enim cum Pausanias aliorum, ut putabant, imitator vel potius „simius“ miro quodam modo vexabat viros doctos (cf. Spengel,

ridiculum maximo opere est metuendum. Nimirum utriusque de invidia deorum opiniones tanto disiunctae sunt altera ab altera discrimine, ut Halicarnassensis eam perhibeat naturae divinae fundamentum[1]), Pausanias perraro eius mentionem faciat, tum remoto quidquid continet opprobrii verbo φθόνος notionem subdat velut attenuatam. Nimia certe quae cui obtigit felicitas (si qua est) deorum invidiam bis tantum dicitur excitasse[2]), desideratur autem haec causa ceteris locis quos huc possis referre, ita ut ne habeat quidem quo spectet invidia[3]). Unde, nisi fallor, evincitur verbum φθόνος contrario modo atque εὔμενες illud ἐκ θεῶν ita accipiendum esse, ut significet nihil nisi animum deorum, non tam invidum quam aversum vel infensum, cui res humanae non probentur[4]): id quod verum esse nescio an confirmetur verbis scriptoris ipsius VI 20, 17: *βάσκανόν τε εἶναι τοῖς ἱππεύουσι καὶ οὐκ εὐμενῆ δαίμονα*[5]). Prohibuit autem Pausaniam fortasse summa quam deorum esse censebat iustitia, quominus hos argueret vitii

---

mus. Rhen. nov. VI p. 152. Reichardt, encyclop. Paul. s. v. p. 1262.). Hodie sani qui sit iudicii eum spero hanc quaestionem a Schubartio (l. d. p. 308 sqq.) explosam non esse renovaturum.

1) cf. I 32: *τὸ θεῖον πᾶν — φθονερὸν καὶ ταραχῶδες.* VII 105; 46; III 40.

2) II 33, 3: *καί μοι τὸ δαιμόνιον δεῖξαι μάλιστα ἐπὶ τούτου δοκεῖ καὶ Ὁμήρου πρότερον ὡς εἴη βάσκανον, εἰ δὴ Ὅμηρον μὲν προδιεφθαρμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τοσούτῳ κακῷ κακὸν δεύτερον πενία πιέζουσα ἐπὶ πᾶσαν γῆν πτωχεύοντα ἦγε, Δημοσθένει δὲ* (sed cf. I 8, 3) *φυγῆς τε συνέπεσεν ἐν γήρᾳ λαβεῖν πεῖραν καὶ ὁ θάνατος ἐγένετο οὕτω βίαιος* —. cf. Lehrs l. d. p. 45. — III 9, 7: *καί οἱ θεῶν τις ἐβάσκηνε μὴ ἀγαγεῖν τὰ βουλεύματα ἐς τέλος.*

3) VII 14, 6: *τὸ μὲν δὴ ἄνδρα βασιλέα καὶ πόλιν ἀνελέσθαι πόλεμον καὶ μὴ εὐτυχῆσαι συνέβη φθόνῳ μᾶλλον ἔκ του δαιμόνων ἢ τοῖς πολεμήσασι ποιεῖ τὸ ἔγκλημα· θρασύτης δὲ ἡ μετὰ ἀσθενείας μανία ἂν μᾶλλον ἢ ἀτυχία κάλοῖτο* (cf. VI 8, 4). VIIII 17, 6: *ἐπίφθονοι δὲ ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσί.* —

4) cf. Lehrs l. d. p. 65: „φθόνος *bedeutet hier (Eur. El. 902) nicht Neid, sondern die abwendige Gesinnung des Menschen, welche eine Folge ist ihres Unwillens über Handlungen, die der hoechsten Missbilligung unterliegen: wie der Roemer sein* invidia *haeufig gebraucht:* in invidiam incurrere. *Auch dieses bedeutet* φθόνος *und das zusammengesetzte* ἐπίφθονος. cf. p. 66.

5) Sermo est de animo mortui alicuius, non de deis.

quod usque ad extremos aevi antiqui fines ab aliis videmus eis adiunctum[1]).

Re illustrata tria restant monenda. Et primum quidem quo iure docuerit Lehrs l. d. p. 42 et 47 apparet posteriore demum aetate invidiam ante cum deis ipsis conglutinatam ab eis esse seiunctam tamquam numen pro suo arbitrio efficax: inde verba *τὸ δαιμόνιον*, *ὁ δαίμων*, *δαίμων τις* ad invidiosum illud numen exprimendum multo frequentiora quam verbum *θεός* apud periegetam pariter ac apud eius aequales, quibuscum ille in eo quoque consentit, quod in locum verborum *φθονερός* et *φθονεῖν* semper fere substituit vocabula *βάσκανος* et *βασκαίνειν*. Atque est haec profecto mutatio quaedam usus loquendi, siquidem Lucianus vocem *βάσκανος*, quae apud Herodotum ne extat quidem, usque quaque usurpat sententia eadem[2]), tametsi *βασκανίας* notionem principalem quam *φθόνου* paulo esse graviorem subtiliter sensit Lehrs l. d. p. 44: *βασκαίνειν* enim idem valet quod fascinare[3]). Finibus denique quibus olim circumscribebantur[4]) et *φθόνος* et *νέμεσις*

---

1) Plutarchus Herodotum vituperat quidem propter illud *θεῖον πᾶν — φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες*) (*περὶ κακοηθ. Ἡροδ.* p. 857, f), alias autem fere in eandem inclinat sententiam (*Πομπ.* 42; *Αἰμίλ. Π.* 34; *Μάρ.* 23; *Κάμιλλ.* 5. — *περὶ ἀρετ. γυν.* p. 254, e. Lehrs. l. d. p. 63). — Dion. H. antt. III 21. — Appian. de reb. Pun. VIII 59: *ἐν μάχαις, ἐν αἷς καὶ τὸ δαιμόνιον ἀνώμαλον καὶ ἐπίφθονόν ἐστιν.* Maced. VIIII 17: *τὸ δαιμόνιον ἐφθόνησε τῆς εὐτυχίας.* — *φθονερὸς γὰρ ὁ δαίμων.* — Luc. *ὑπὲρ τ. πταίσμ.* 1: *χαλεπὸν μὲν ἄνθρωπον ὄντα δαίμονός τινος ἐπήρειαν διαφυγεῖν.* — *ὄνος* 19: *ἀλλά τις δαίμων βάσκανος συνεὶς τῶν ἐμῶν βουλευμάτων ἐς τοὐναντίον περιήνεγκεν.* — *πλοῖον* 26: *ἀποστερηθέντας ὧν εἶχον ὑπό τινος βασκάνου πρὸς τὰ τοιαῦτα δαίμονος.* — *ἔρωτ.* 25: *ἀλλ' ἐπεὶ τῶν μειζόνων ἀγαθῶν ὁ βάσκανος δαίμων ἐνεμέσησεν, ἔν γε τοῖς παροῦσιν ἥδιστα τὰ παρέλκοντα.* — ibid. 46: *μηδεμιᾶς τύχης πειράσαντα βάσκανον ἐπήρειαν.* — Apul. mett. IIII 34: invidiae nefariae (scil. Veneris) letali plaga percussi sero sentitis. — Charit. I 1; III 2 et 4. Philostr. her. p. 675. Liban. I p. 85 et 522. Corp. inscr. II p. 126, 31.

2) cf. Heliod. Aethiop. IIII 5: *ἐπίφθονον ἔχων τὸ βλέμμα καὶ τῇ θέᾳ καταβασκήνας.*

3) cf. Jahn, acta soc. litt. Saxon. 1855. p. 31, 9.

4) cf. Cic. ad Att. V 19: sed plane gaudeo: quoniam *τὸ νεμεσᾶν* interest *τοῦ φθονεῖν.*

paulatim laxatis factum est, ut verba *νεμεσᾶν* et *φθονεῖν*, quae quidem et ipsa in eandem fere sententiam[1]) coaluerant, usurparentur promiscue, praesertim his extremis moribundae antiquitatis temporibus[2]).

De oraculis.

De oraculis Pausaniae iudicium sibi congruit ea constantia, ut illis qualibuscumque fidem concedat paene infinitam. Atque prodigia eum repetere a deorum consilio, quo bonum aut malum aliquod instans praesagire velint, testis est semper omissa non fortuito me iudice locis quibus talium rerum mentio fit paraphrasis usitatissima *λέγουσι* sive *φασί*[3]). Tum in oraculis, quibus quantum det Pausanias auctoritatis iam allatum est exemplum (VIIII 37, 5), nititur haud raro eius argumentatio[4]), ac multus est in eventu quem quodvis habuerit oraculum exponendo[5]). Ad Trophonium se ipsum descendisse ait VIIII 39, 14: *γράφω δὲ οὐκ ἀκόην, ἀλλὰ ἑτέρους τε ἰδὼν καὶ αὐτὸς τῷ Τροφονίῳ χρησάμενος.* Quae cum ita sint, etiam oraculorum ex

---

1) cf. Jahn l. d. p. 38.

2) Affert Lehrs l. d. p. 51, n. Luc. *ἐρωτ.* 25; Charit. III 2 s. f.; Nonn. XXXVIIII 292. Addo Plut. *ἠθικ.* p. 780, f. — Charit. III 4 med.: *ὥστε κἂν ἐφοδίων τυχεῖν, εἰ μὴ δαίμων τις τιμωρὸς Καλλιρόης ἐνεμέσησεν αὐτῷ τῆς ἀδίκου πειθοῦς.* — Xen. Ephes. III 2: *ἕως δαίμων τις ἡμῖν ἐνεμέσησε.* ibid. V 1: *ἐνεμέσησε δέ τις ἄρα θεῶν.* Certum exemplum suppeditat Pausanias unum VIIII 17, 6: *Διόνυσος νεμεσᾷ τῇ Ἀντιόπῃ· ἐπίφθονοι δὲ ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσίν.* Praeterea cf. VII 17, 9; VIII 20, 4.

3) Legitur potius *ἐσήμαινε, προεσήμαινε, ἀντεσήμαινε* IIII 13, 1; 20, 2; 26, 3; VII 25, 7; VIII 5, 8; VIIII 6, 5; X 23, 1; I 16, 1.

4) I 22, 8: *ἐστὶν ἡ Πυθία μάρτυς.* II 26, 7; 33, 2; VIII 29, 4. Alphei aquam commisceri cum Arethusa fonte sibi persuasit Pausanias *τὸν θεὸν ἐπιστάμενος τὸν ἐν Δελφοῖς ὁμολογοῦντα — ὃς — τάδε εἶπε τὰ ἔπη* — (V 7, 3).

5) II 16, 3; IIII 12, 4; 20, 1; 26, 4; VIII 7, 6; 11, 10—12; 39, 5; VIIII 30, 9; X 2, 6; 10, 7; 12, 5. (*ἐπιτελεῖν, ἐς τέλος ἄγειν, τέλος ἔχειν*).

signis[1]) et somniis[2]) petitorum existimandus est patronus, quamvis inter haec sane discriminis aliquid statuat[3]).

Μάντεις vero mortales I 34, 4 in duos seiunguntur ordines, quorum prior comprehendit *ὅσους ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον* sive *χρησμολόγους*, alter *ἀγαθοὺς ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι καὶ διαγνῶναι πτήσεις ὀρνίθων καὶ σπλάγχνα ἱερείων* (cf. VI 2, 5): cui distributioni peropportune fit ut lucem afferat catalogus *χρησμολόγων* ab ipso Pausania confectus X 12. Sunt enim *Ἡροφίλη* prior et altera, *Δημώ*, *Σάββη* Sibyllae, *Φαεννίς*, *αἱ Πέλειαι*, tum *Εὔκλους*, *Μουσαῖος*, *Λύκος*, *Βάκις*, qui aetate mythis caliginosa extitisse ferebantur omnes. Iam cum addat scriptor § 11: *τοσαῦται μὲν ἄχρι ἐμοῦ λέγονται γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἐκ θεοῦ μαντεύσασθαι*: patet multo inferiore loco collocandos ei videri Epimenidem Cretensem, Apollonium Tyanaeum, alios, idque sine ulla dubitatione propter sublatam, quam antiquissimis saeculis cum deis arbitratur contractam, familiaritatem[4]). Nam illos inspiravit Apollo praeter Bacidem, qui *κατάσχετος* (X 12, 11; cf. II 24, 1; X 12, 3) sive *μανείς* (IIII 27, 4) est *ἐκ νυμφῶν*[5]): quocirca de eorum vaticiniis ab ipso perlectis[6]) numquam audet detrahere fidem[7]). Quod verba obscura quibus vatum enumerationi finis imponitur: *ἐν*

---

1) VII 22, 3; 21, 12; 25, 10; VIIII 11, 7; III 23, 8 sq.

2) I 34, 5; II 13, 7; 27, 2; III 26, 1; X 33, 11. Etiam somnia, quae non sunt incubatione effecta, vaticinantur: IIII 26, 6; V 21, 11; VII 5, 7; X 2, 6; 32, 13; 38, 13.

3) I 34, 3: *τῷ δὲ Ἀμφιλόχῳ — ἐστὶν — Κιλικίας ἐν Μάλλῳ μαντεῖον ἀψευδέστατον τῶν ἐπ' ἐμοῦ*. VII 21, 12 postquam Cereris *ἀψευδές* (VIIII 23, 6) oraculum fontanum qua re contineretur pluribus descripsit, insertis verbis *τούτῳ μὲν τῷ ὕδατι ἐς τοσοῦτον μέτεστιν ἀληθείας* indicat sibi non probari haece quae sequuntur: *Κυανεῶν δὲ τῶν πρὸς Λυκίᾳ πλησιαίτατα χρηστήριον Ἀπόλλωνός ἐστι Θυρξέως, παρέχεται δὲ ὕδωρ τὸ πρὸς ταῖς Κυανέαις ἔσω ἐνιδόντα τινὰ ἐς τὴν πηγὴν ὁμοίως πάντα ὁπόσα θέλει θεάσασθαι.*

4) cf. Naegelsbach l. d. p. 175. Hermann, *Gottesd. Alt. d. Gr.* §. 37, 18.

5) cf. Hermann l. d. §. 37, 4.

6) X 12, 11: *τούτων πλὴν Λύκου τῶν ἄλλων ἐπελεξάμην τοὺς χρησμούς.*

7) cf. VIIII 17, 5; X 14, 6; 32, 8 et 11.

δὲ τῷ χρόνῳ τῷ πολλῷ καὶ αὖθις γένοιτο ἂν ἕτερα τοιαῦτα, quod inquam haec ad religionem christianam spectare volunt: id habeant sibi qui ariolando delectentur.

Iam vero de hoc studio, quo mirum quantum favet periegeta oraculis, cum certum proferri nequeat iudicium nisi universa oraculorum aetatis Antoninianae condicione perspecta: haec qualis fuerit mihi in animo est pro virili parte inquirere digressione ampla quidem neque tamen a consilio supra proposito aliena.

Proficisci liceat a Wolffi [1]) verbis: „bellorum civilium pri-

---

1) De novissima oraculorum aetate, p. 52. — Scriptorum testimonia secutus, quorum maximam partem fateor mihi suppeditasse Wolffi diligentiam, hoce conspectu complector quae sub Antoninorum imperio consulta constat oracula. Edebant oracula

verbis concepta — Apollo Delphicus (Luc. ψευδόμ. 43; Ζεὺς τρ. 30. Max. Tyr. XVII 6; XIIII 1 (Duebn.) — Apollo Didymaeus sive oraculum Branchidarum prope Miletum (Luc. ψευδόμ. 29 et 43; δὶς κατηγ. 1. Apul. mett. IIII 32. cf. Soldan, diurn. antt. 1841, p. 546 sqq.) — Apollo Clarius prope Colophonem (Arist. I p. 497. Luc. ψευδόμ. 29 et 43; Ζεὺς τρ. 30. Max. Tyr. XIIII 1. Xen. Ephes. I 6. Paus. VIII 29, 4) — Apollo Ismenius prope Thebas (Max. Tyr. l. d.) — Apollo Delius (Luc. δὶς κατηγ. 1) — Apollo Diradiota Argis (Paus. II 24, 1) — Apollo Patareus (Luc. l. d. Max. Tyr. l. d.) — Iuppiter Dodonaeus (Max. Tyr. l. d. Paus. I 17, 5; VIII 23, 5; sed cf. Luc. Ἰκαρομέν. 24) — Iuppiter Serapis Alexandriae (Arist. I p. 501) — Iuppiter Ammon (Max. Tyr. l. d.) — Trophonius Lebadeae (Paus. VIIII 39, 9. Luc. νεκρ. δ. 3; θεῶν ἐκκλ. 12; νεκυομ. 42. Max. Tyr. XIIII 2) — Dionysus Amphicleae (Paus. X 33, 11) — Dea caelestis Carthaginiensium (Capitol. Macr. 3).

somniis expressa — Aesculapius (permultis locis) — Dionysus Amphicleae (Paus. X 33, 11) — Venus in insula Euphratis et Tigris (Iambl. δραμ. Phot. bibl. 94, p. 75, b; Erot. scr. ed. Hercher I p. 224, 25) — Hercules Hyetti (Paus. VIIII 24, 3) — Amphilochus Malli apud Cilices (Paus. I 34, 3; Luc. ψευδόμ. 29; φιλοψεύδ. 38; νεκρ. δ. 3; θεῶν ἐκκλ. 12) — Amphiaraus Oropi (Paus. I 34, 5) — Nox Megaris (Paus. I 40, 6) — Isis Smyrnae (Arist. I p. 500 sq.), Tithoreae (Paus. X 32, 13), prope Thalamas (Paus. III 26, 1 — si vera est Wolffi coniectura l. d. p. 32 Ἰοῦς pro Ἰνοῦς).

signis expressa — Mercurius Agoraeus Pharis (Paus. VII 22, 2) — Apollo Hierapolitanus (Luc. περὶ τ. Συρ. θ. 36) — Apollo Spodius Thebis (Paus. VIIII 11, 7) — Apollo Thyrxeus Cyaneis (Paus. VII

morumque imperatorum temporibus, i. e. singulis ante Chr. et post Chr. saeculis oracula quamquam extabant, parvi tamen habebantur: ad novum florem sub Traiano Hadrianoque tantum non omnia provenerunt": quae ut recte sunt disputata, ita constat recentiorum temporum oracula ab antiquis longe fuisse diversa. Etenim olim curae fuerant ipsi rei publicae utpote summo eorum custodi: iam in dies magis satisfaciebant soli usui privato. Evanescebat venerabilis auctoritas, qua olim eorum in potestate fuerant animi omnium pariter cauti, ne quid demerent sanctitatis divino instituto, unde nihil sibi obvenire posse pro certo habebant quam integram veritatem. Hac aetate quod multos oraculis comparabat fautores, non erat prisca illa deorum verecundia, sed vilissimum quoddam studium, quo de suis quisque rebus quantulicumque erant momenti certiores fieri vellent: hincine querelae Planetiadis cynici apud Plutarchum[1]). Quid quod Graeci volente Hadriano Antinoum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes: quae Hadrianus ipse composuisse iactatur[2]). Profecto qui hoc modo imperatori non dubitavere morem gerere, in eorum gratiam venisse non est quod miremur quaelibet genera rerum futurarum interpretum vel potius praestigiatorum, qui quales fuerint ut intellegatur, appono dapem luculentam ab Artemidoro confectam II 69, p. 250: *εἶτα μάντεις, μάντεων δὲ τοὺς μὴ ἀπατεῶνας, μηδὲ ψευδομάντεις· ὅσα γὰρ ἂν λέγωσι πυθαγορικοί, φυσιογνωμικοί, ἀστραγαλομάντεις, τυρομάντεις, γυρομάντεις, κοσκινομάντεις, μορφοσκόποι, χειροσκόποι, λεκανομάντεις, νεκυομάντεις, ψευδῆ πάντα καὶ ἀνυπόστατα νομίζειν χρή. καὶ γὰρ αἱ τέχναι αὐτῶν εἰσὶ τοιαῦται, καὶ αὐτοὶ μὲν μαντικῆς*

21, 13) — Ceres Patris (Paus. VII 21, 12) — Ino prope Epidaurum Limeram (Paus. III 23, 8) — Apis Aegyptius (Paus. VII 22, 4) — *Κληδόνες* Smyrnae (Paus. VIIII 11, 7). — Ex igne vaticinabantur in Aetna monte (Paus. III 23, 9), ex aleis Burae (Paus. VII 25, 10). — De Memnonis statua cf. Luc. *φιλοψευδ.* 33; Paus. I 42, 3.

1) *Περὶ τ. ἐκλελ. χρ.* 7: *τὸν τρίποδα καταπιμπλάμενον αἰσχρῶν καὶ ἀθέων ἐρωτημάτων, ἃ τῷ θεῷ προβάλλουσιν, οἱ μὲν ὡς σοφιστοῦ διάπειραν λαμβάνοντες, οἱ δὲ περὶ θησαυρῶν ἢ κληρονομιῶν ἢ γάμων παρανόμων διερωτῶντες* sqq.

2) Sunt verba Spartiani Hadr. 14. Paus. VIII 9, 7.

οὐδὲ βραχὺ ἴσασι, γοητεύοντες δὲ καὶ ἐξαπατῶντες ἀποδιδύσκουσι τοὺς ἐντυγχάνοντας[1]). *ὑπολείπεται δὴ μόνα ἀληθῆ εἶναι τὰ ὑπὸ θυτῶν λεγόμενα καὶ οἰωνιστῶν καὶ ἀστεροσκόπων καὶ ὀνειροκριτῶν καὶ ἡπατοσκόπων.* Tamquam omnium instar ut exemplum afferam: quid putas clarius posse demonstrare Alexandri Abonoteichitae qua omnium animos exerceret vim immensam reapse usque ad Italiae fines pertinuisse (Luc. *ψευδόμ.* 30), quam quod praefectus Bithyniae Lucianum aliosque sanae mentis homines fraudis illum coarguturos *ἐπέσχε μονονουχὶ ἱκετεύων καὶ ἀντιβολῶν παύσασθαι· διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ῥουτιλλιανὸν* (Alexandri generum) *εὔνοιαν μὴ ἂν δύνασθαι, καὶ εἰ φανερῶς λάβοι ἀδικοῦντα, κολάσαι αὐτόν* (l. d. 57)? Quodsi eo perventum erat, ut primo cuique fatiloquo eadem fides vulgo tribueretur atque oraculis divinis, fieri non potuit quin vel ab his se averterent qui adhuc remotam habuerant dubitationem[2]).

Discessum igitur est in duas factiones, quarum prior oracula perhibebat vera, altera eaque minus frequens falsa[3]). Atque huius gravissimus extitit propugnator Lucianus quo erat salsi ingenii acumine auctoritatem perstringens oraculorum, quippe quae neque deis utilitati essent ut fati imperio irrevocabilis obstrictis[4]), neque hominibus propter nimiam ambiguitatem[5]). Hanc vero sibi imponere stupidi aliorum animi sinebant, ita ut essent qui in responsorum simplicitate haererent[6]) quantoque obscurius erat quod reportaverant, tanto

---

1) cf. Apul. mett. VIIII 8.

2) Art. I p. 2: *πρὸς τοὺς χρωμένους μὲν μαντικῇ, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐντετυχηκέναι λόγοις περὶ τούτων ἀκριβέσι πεπλανημένους καὶ κινδυνεύοντας ἤδη καταφρονεῖν τε καὶ ἀφίστασθαι.*

3) Art. I p. 1: *τὰς ἀντιλογίας δεδιὼς τῶν ἀνθρώπων, τῶν ἤτοι διὰ τὸ πεπεῖσθαι οὐκ εἶναι μαντικὴν οὐδὲ πρόνοιαν θεῶν λεγόντων ὅσα λέγουσιν* —. p. 2: *πρός τε τοὺς ἀναιρεῖν ἐπιχειροῦντας μαντικήν τε αὐτὴν καὶ τὰ εἴδη αὐτῆς* —. p. 3.

4) *Ζεὺς ἐλ.* 12: *τὸ μὲν ὅλον, ἄχρηστον, — προειδέναι τὰ μέλλοντα οἷς γε τὸ φυλάξασθαι αὐτὰ πάντως ἀδύνατον.*

5) *Ζεὺς τρ.* 43 et 20.

6) Plut. *περὶ τ. μ. χρ. ἐμμ.* 30: *ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἦσαν οἱ τὴν λοξότητα τῶν χρησμῶν καὶ ἀσάφειαν αἰτιώμενοι, καὶ νῦν εἰσιν οἱ τὸ λίαν ἁπλοῦν συκοφαντοῦντες.*

confidentius sese praedicarent beatos[1]). Nihilo minus quod in hanc quoque rerum sacrarum partem Samosatensis invectus est[2]): id per se patet non fuisse eum ausurum, nisi unus ex permultis artis divinandi fuisset adversariis[3]).

Pausaniae aetate consarcinavit Artemidorus quinque libros ὀνειροκριτικῶν, ut ὀνειροκρισίᾳ, quam aliorum studiis videbat depravatam[4]), denuo dignitatem conflaret. Ad hoc consilium perficiendum cum nihil antiquius haberet quam ut semper iudicaret ἀπὸ πείρας[5]), numquam αὐτοσχεδιάζων, Apolline hortatore[6]) multum temporis impendit solam in praeparationem[7]) operis mirabilis, deinde silvam undique congestam dedita opera ita disposuit, ut systema quasi cuiusvis generis somniorum evaderet artificiose constructum atque, ut putabat, omnibus numeris absolutum. Moles subiit Artemidorus, quibus integram mentem tuo iure suspiceris imparem: verum enimvero id ipsum,

---

1) Ad hos procul dubio spectat perobscurum Apollinis oraculum a Luciano fictum (Ζεὺς τρ. 31).

2) cf. Ζεὺς τρ. 30; περὶ ὀρχήσ. 25 (sed cf. ἔρωτ. 48).

3) cf. Apul. mett. IIII 32: sed Apollo quamquam Graecus et Ionicus propter Milesiae conditorem sic Latina sorte respondit: —. Num tu putas antiquis temporibus Apuleium a se impetraturum fuisse, ut hoc modo iocaretur? cf. Hor. sat. II 5, 59 sq.

4) cf. prooemium ad librum I p. 2: σχεδὸν γὰρ οἱ μικρὸν ἡμῶν πρεσβύτεροι δόξαν συγγραφικὴν ἀπενέγκασθαι βουλόμενοι καὶ διὰ τούτου ἡγούμενοι μόνον ἔνδοξοι ἔσεσθαι, εἰ συγγράμματα καταλίποιεν ὀνειροκριτικά, ἀντίγραφα ἀλλήλων πεποίηνται ἢ τὰ καλῶς εἰρημένα ὑπὸ τῶν παλαιῶν κακῶς ἐξηγησάμενοι ἢ καὶ ὀλίγοις τῶν παλαιῶν πολλὰ προσθέντες οὐκ ἀληθῆ. cf. IIII 22.

5) cf. I p. 2; II 70, p. 258: ἐγὼ μὲν οὖν πάντων ἤδη διὰ πείρας ἐλήλυθα τῷ μηδὲν ἄλλο πράττειν, ἀεὶ δὲ καὶ νυκτὸς καὶ μεθ᾽ ἡμέραν πρὸς ὀνειροκρισΐαν εἶναι. II 66: ἐν ἁπάντι τῷ λόγῳ οὐ τῷ πιθανῷ τῶν λεγομένων ἠκολούθησα, ἀλλὰ τῇ πείρᾳ τῶν ἀποτελεσμάτων.

6) II 70, p. 259: ᾧ πειθόμενος ἐγὼ πατρίῳ ὄντι θεῷ εἰς τήνδε τὴν πραγματείαν παρῆλθον, πολλάκις με προτρεψαμένῳ — καὶ μονονουχὶ κελεύσαντι ταῦτα συγγράψαι.

7) I p. 3: ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ὅ τι βιβλίον οὐκ ἐκτησάμην ὀνειροκριτικὸν πολλὴν εἰς τοῦτο φιλοτιμίαν ἔχων· τοῦτο δὲ — ἔτεσι πολλοῖς ὡμίληκα καὶ ἐν Ἑλλάδι κατὰ πόλεις καὶ πανηγύρεις καὶ ἐν Ἀσίᾳ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τῶν νήσων ἐν ταῖς μεγίσταις καὶ πολυανθρωποτάταις ὑπομένων ἀκούειν παλαιοὺς ὀνείρους καὶ τούτων τὰς ἀποβάσεις.

inanitatem priorum interpretum somniorum perspexisse, sed methodo quadam pro fundamento substrata his nugis aeternam comparasse sibi videri vim vitalem, id ipsum inquam nonne reddit scriptorem commodum exemplum praestrictae aciei mentis, qua tunc temporis homines vera et falsa mire confundere solebant? Nam sine rivali se suaque amasse[1]) Artemidorum quis est qui credat? Desiderio potius cuidam satisfecit aequalium.

Fuit inter hos Aelius Aristides rhetor, quo de postquam viri docti aliquamdiu acquieverunt in ariolando, primus iudicium tulit unice verum Welcker praeclara dissertatione[2]): quapropter hoc loco sufficiat rationem quae inter illum et Aesculapium deum intercessisse dicebatur paucis adumbrasse. Etenim quadraginta tres annos natum afflixit Aristidem morbus quidam diuturnus nec non gravissimus, cuius naturae si gnarus fieri vis, vide num prospere tibi succedat periculum concoquendae eius historiae, quam rhetor ipse post valetudinem recuperatam per sex *ἱερῶν λόγων* spatium (I p. 445—551) continuavit. Missis vero his quas me quidem taedeat degustare ambagibus sciendum est, tamquam providum vitae suae servatorem Aristidem summis efferre laudibus solum Aesculapium, quocum se opinetur intima familiaritate coniunctum. Aesculapius enim illi in eius templis incubanti somniis[3]) remedia impertit mira et ab omni ratione absona: exequitur Aristides

---

1) IIII p. 308: *εὖ γὰρ ἴσϑι, ὅτι τῶν λόγων τῶν ἡμετέρων ἥττονές εἰσι πολλοὶ καὶ σχεδὸν πάντες, οἷς ἐπιμελές ἐστι τὸ κατορϑοῦν ἐν μαντικῇ.* IIII 63, p. 378: *τῶν δὲ τὰ λίαν μεγάλα αἰνίγματα προσαπτόντων τοῖς ὀνείροις κατάπτυε, ὡς οὐκ ἐχόντων ἔννοιαν ἢ ὀνειροφαντασίαν ἢ ὡς αὐτῶν ϑεῶν πανουργίαν ἢ κακοπραγίαν κατεγνωκότων, εἴ γε εἰς τοσαύτην λέσχην ἐμβάλλουσι τοὺς ὁρῶντας τοὺς ὀνείρους, — πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀναφέρουσιν, ἃ μᾶλλον τοὺς ἀπείρους ἱστορίας καὶ ξένως ἔχοντας ἐλέγχειν ἔοικεν, ἢ τοὺς ὀνειροκρίτας.* — I p. 3; 67 p. 96; IIII 22, p. 333; II 66.

2) *Kleine Schr.* III p. 114—156.

3) Magnetismum animalem quem vocant non solum ab his somniis, sed a Graecis et Romanis omnino alienum fuisse certissimis confirmavit argumentis Welcker l. d. p. 151 sqq. Itaque nihil refert, quod nuper illum olim *πολυϑρύλητον* revocavit Doellinger (*Heidenthum und Judenthum*, p. 193).

dei erga se benevolentiam addubitans nullus quaelibet iussa et, aliquot annis praeterlapsis, convalescit quem medici unanimo consensu dudum voverant inferis. Aesculapius igitur Aristidi deus est *κατ' ἐξοχήν*, cuius voluntati reliquam quoque vitae partem committit (II p. 572), Aesculapi nutu sentit se ad loquendum excitatum (I p. 382), Aesculapius est *ὁ σωτήρ* (I p. 504), *ὁ ἀληθινὸς καὶ προσήκων ἰατρός* (I p. 459), *ὁ τῷ ὄντι καὶ καθάπαξ ἡγεμών* (I p. 532), *ὁ προστάτης* (II p. 542), Aristides *θεραπευτὴς Ἀσκληπιοῦ* (I p. 451[1]). Ad morbi vero historiam quod attinet, tam simplex et apertum semper fuisse constat rhetoris ingenium, ut tametsi insunt *ἱερῶν λόγοις* quae obiter iudicanti suspitionem facile moveant fraudis cuiusdam ab illo conceptae, equidem non possim non assentiri Welckeri (l. d. p. 140) sententiae, „*dass jene Reden im Allgemeinen aus Wahrem und aus frommen Selbsttaeuschungen, die freilich durch die Taeuschungen andrer und nicht immer gleich treuherziger Frommen und Glaubseligen befoerdert wurden, zusammengesetzt sind und nichts Betrügerisches enthalten, nicht „fingirte“ Traeume und Visionen.*“ Quo magis patet operae pretium esse causas circumspicere, quae Aristidem, hominem Philostrato[2]) teste egregiae indolis neque immerito magnae auctoritatis apud aequales et posteros, cuius supersunt orationes doctrinae refertae, hac re reddiderunt tam devium. Laborabat autem ille ab infante[3]) infirma valetudine; erat *ἐπιληπτικός*[4]), ingenio maxime pio et superstitioso: horribiles erant quibus temptabatur dolores et cruciatus morbi, cuius *ποικιλίαν* ne *ἐγνώριζον* quidem *οἱ ἰατροί*, nedum *εἶχον βοηθεῖν* (I p. 483): haec omnia si perpenderis, num tibi mirum videtur, quod Aristides ex more

1) Praeterea cf. orationem VI *εἰς Ἀσκληπιόν*, VII *Ἀσκληπιάδαι*, XVIII *εἰς τὸ φρέαρ τοῦ Ἀσκληπιοῦ*.

2) Vitae soph. II 8.

3) ibid.: *νοσώδης δὲ ἐκ μειρακίου γενόμενος οὐκ ἠμέλησε τοῦ πονεῖν. τὴν μὲν οὖν ἰδέαν τῆς νόσου, καὶ ὅτι τὰ νεῦρα αὐτῷ ἐπεφρίκει, ἐν ἱεροῖς βιβλίοις αὐτὸς φράζει.*

4) Sopatri Apameensis quae feruntur prolegg. III p. 738 (Dind.): *νέος ὢν πικροτάτην λέγεται νενοσηκέναι νόσον· ἐπιληπτικὸν γὰρ αὐτὸν λέγουσι γεγονέναι, καὶ τὸ τῶν λόγων αὐτοῦ διὰ τοῦτο ἠργηκέναι ἐπί τινα χρόνον.*

aegrotorum, qui, priusquam de salute recuperanda plane desperent, extremi cuiusdam periculi gratia hodie quoque se committere solent quamquam cunctanter miraculis, quod inquam Aristides morbo in dies ingravescente a medicis refugit ad Aesculapium, summum eorum patronum, inde nihil sibi contingere posse confisus (quod maximi est momenti) nisi salutare, deinde vero animus eius postquam incubationibus subactus magis magisque obtorpuit[1]) tandem adeo est occaecatus, ut verum a falso prorsus non posset discernere?[2])

Accedit alterum: cultus Aesculapi per incubationem sive ἐγκοίμησιν[3]) aegrotis medicamenta suggerentis laetissime floruit ipso Antoninorum saeculo. In promptu sunt ad demonstrandum verba Aristidis I p. 368: *αἱ δ᾽ Ἀσκληπιοῦ χάριτες καὶ τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον θεῶν*[4]) *νῦν πλεῖστον εἰς ἀνθρώπους ἐπιδεδώκασιν.* Tum M. Aurelio saepenumero divinum illud auxilium se expertum esse professo[5]) consecraverunt oraculum, quo post mortem incubantibus et ipse vaticinari dicebatur[6]): Antoninum Pium vero, cuius pro salute Aesculapio gratias agunt duae inscriptiones etiam nunc servatae[7]), simile rerum medicinalium studium opinor adduxit, ut Epidaurum urbem huic deo sacram cumularet egregiis quae Pausanias[8]) enumerat beneficiis. Quare maxime probabilis est con-

---

1) cf. Sprengel, *Gesch. d. Arzneykunde.* 1821. I p. 216 sqq.

2) cf. Welcker l. d. p. 154: „*Auch der Glaube geheilt zu seyn wenn man es nicht ist oder eine erfolgte Wirkung sich einzubilden, der gewiss nicht weniger Staerke aeussert als der vorhergehende an die Hülfe, der aber weniger beobachtet und in seiner unermesslichen Verbreitung überschlagen zu werden scheint als der andre, hat ihn zweifelsohne unzaehligemal beglückt*“.

3) cf. Welckeri commentatio l. d. p. 89 sqq.

4) Isis et Serapis: cf. Arist. or. VIII *εἰς τὸν Σαράπιν* et Apul. mett. XI. Preller, *roem. M.* p. 729.

5) cf. *εἰς ἑαυτ.* I 17 s. f.; VIIII 27; V 8.

6) Ita enim interpretatus est Casaubonus verba Capitolini Anton. phil. 18.

7) Gruter p. LXVIII 5. Inscr. Donian. I 84.

8) II 27, 6. — Dubitatio quam movit Schubart (diurn. antt. 1851, p. 298) mihi non probatur: sed longum est impugnare.

iectura, qua Villoison[1]) censet „Antoninum Pium, qui teste M. Aurelio (I 16 med.) medicorum pharmacis fomentisque externis quam minime indigeret, nullo alio fere medico nisi Aesculapio usum et huius cultui addictissimum fuisse.“ Et quot hominum imperatorum secuti sint exemplum si vis intellegere, percenseas quem subiunxi locorum conspectum, quorum fana Aesculapi incubationis causa sub utriusque imperio constat esse frequentata[2]). Alexandrum denique praestigia-

1) Prolegg. ad Iliad. p. LI.

2) *Epidaurus* [Paus. II 27, 2. Mionnet, suppl. (= S.) IIII p. 260, n. 153—55; descr. (= D.) II p. 239, n. 70 (Panofka (= Pan.), Asklepios u. d. Asklepiaden I 7. Mueller-Wieseler, Denkm. d. a. K. II n. 766). Pan. I 9.] — *Cyrus* (Paus. VII 27, 11.) — *Titana* (Paus. II 11, 6.) — *Tithorea* (Paus. X 32, 12.) — *Gerenia* (Paus. III 26, 9 — templum Machaonis Aesculapi filii.) — *Pergamum* [Paus. II 26, 9; III 26, 10. Luc. Ἰκαρομέν. 24. Arist. I p. 408 sqq., 464, 484, 490, 519. Wegener, de aula Attal. p. 284. D. II p. 599, n. 568—72. S. V p. 439, n. 992, 994—97, 999 (Pan. p. 301), 1002—5, 1007. — D. II p. 600, n. 574, 75, 81, 82, 84, 86, 87. S. V p. 441, n. 1009, 1012. Mueller-Wieseler I n. 219, b. Liebe, Gotha numar. p. 500. — S. V p. 443 sq., n. 1017, 18 (Pan. I 17, p. 325), 19—21 (Pan. p. 311.)] — *Poemanenum* (Arist. I p. 502 sq.) — *Cyzicus* (Arist. I p. 537. S. V p. 319, n. 228, 237, 240, 41.) — *Smyrna* (Arist. I p. 448 sq., 519, 534. Paus. II 26, 9. D. III p. 230, n. 1291. S. VI p. 345, n. 1715 et 16.) — *Lebedus* (Arist. I p. 490 sq.) — *Aegae Cilicienses* (Philostr. v. Apoll. I 7; v. soph. II 4, 1. Euseb. v. Const. III 56. S. VII p. 155, n. 25. Pan. p. 293.) — *Abonoteichus* (Luc. ψευδόμ. S. IIII p. 550, n. 1, 3, 4.) — *insula Tiberina* [Boettiger, kl. Schr. I p. 112 sqq., 121. Spanheim, de praest. et usu num. p. 181 (est numus Antonini Pii adventum dei Epidauri celebrans, quocum tantum non omni ex parte consentit Commodi quidam clipeus — Morelli, méd. du roi VI; Guigniaut, rel. de l'ant. LXXX 308; Millin, gall. myth. XX 100; Pan. II 3; Mueller-Wieseler II n. 778). — Aesculapi cultum in hac insula Antoninorum aetate ad summum florem provenisse optime testificatur tabula quaedam marmorea Romae effossa, in qua extant quattuor curationes ab Aesculapio commendatae. Ediderunt van Dale, de orac. veter. ethn. 1700, p. 507; Gruter p. LXXI; Wolf, miscell. litt. p. 424 sqq.; Corp. inscr. n. 5980. Illustraverunt Hundertmark, artis medicae per aegrotorum — in vias publicas et templa expositionem incrementa p. 48 sqq.; Meibom, de incubatione in fanis deorum 1659, p. 142 sq. (in Schlaegeri dissertat. rar. de antt. sacris et profanis fasciculo 1742). cf. Galen. XIII p. 778 sq. (K.).]

Praeterea commemorat Pausanias aliquot Aesculapi templa, quae,

torem iam commemoratum quo inclinarent omnium animi bene perspectum habuisse, cum novi cuiusdam Aesculapi Glyconis cognominati neque aliorum deorum personam indueret antistitis[1]), nonne luce clarius ostendit Abonoteichitarum insania, qua vel numos in Glyconis illius honorem cudendos curaverint?[2])

Quae cum ita sint, duo apparent: permultos Aristidis aequales consimilem Aesculapio prae ceteris diis auctoritatem concessisse, tum Pausaniae quorumlibet oraculorum strenuam defensionem constitisse in vulgari eius aetatis de oraculis sententia.

De miraculis.

Aesculapi vero cultus deis superioris ordinis nonnihil

---

etsi non traditur, veri tamen non est dissimile illius aetate aegrotis curae fuisse. Aesculapium enim coluerunt *Athenae* (I 21, 4), *Sicyon* II 10, 2), *Phlius* (II 13, 5), *Argi* (II 23, 4), *Balagrae* et *Lebena* (II 26, 9), *Asopus* (III 22, 9), *Hyperteleatum* (III 22, 10), *Abia* (IIII 30, 1), *Messene* (IIII 31, 10), *Aulon* prope Cyparissias (IIII 36, 7. Pan. I 2: consentit numus quidam Caracallae: Pan. I 1; Mueller-Wieseler II, n. 759), *Patrae* (VII 21, 14), *Aegium* (VII 23, 7), *Thelpusa* (VIII 25, 3). — Postremo expressi sunt Aesculapius, Salus, Telesphorus, angues (symbolum notissimum) numis sub Antoninorum imperio signatis aliquot urbium, quas publico cultu hos deos prosecutas esse aliunde quantum scio non constat: id quod tamen non dubito suspicari. Sunt vero *Nicaea* [D. II p. 452 sq., n. 222—24, 226. S. V p. 88, n. 449 (Pan. I 19), 450, 51, 56, 57, 60—66, 68. — D. II p. 453, n. 228. S. V p. 92, n. 481—90.] — *Nicomedia* (S. V p. 179, n. 1047; p. 181, n. 1059 et 61.) — *Tium* (D. II p. 500, n. 488. S. V p. 260, n. 1511.) — *Hadriani* (S. V p. 40, n. 213.) — *Ancyra* (D. IIII p. 384, n. 60, 62—66. Pan. p. 288.) — *Parium* (S. V p. 399, n. 731. cf. Commodi numum: D. II p. 581, n. 440; Pan. I 4.) — *Amastris* [D. II p. 392, n. 30 et 35. S. IIII p. 555, n. 30 (Pan. I 15, p. 316), 31, 32 (Pan. I 18; Mueller-Wieseler II, n. 781). — D. II p. 395, n. 46. S. IIII p. 561, n. 68—71; p. 558, n. 44—49. — D. II p. 393, n. 36.] — *Cos insula* (S. VI p. 582, n. 133; p. 566 sqq. D. III p. 401 sqq. — cf. Paus. III 23, 6.) — *Pautalia* (S. II p. 366, n. 970 sqq. D. I p. 398, n. 233.).

1) Fuit etiam Apuleius Carthagine Aesculapi sacerdos, cui hymnum Graece et Latine conceptum se dedicasse dicit flor. III 18 s. f.

2) cf. Luc. *ψευδόμ.* 58. — Mionnet, suppl. IIII p. 550, n. 5 (Panofka II 7). Spanheim l. d. p. 177 sqq.

posthabitis ad fastigium provecti haud ita difficile est invenire explicatum: erat profecto accommodatissimus ad saeculo satisfaciendum, cui summis in deliciis esset quaevis genera miraculorum quae circumferebantur perscrutari et credulo ac superstitioso amore mirum quantum amplecti.

Et Pausanias quidem in talibus referendis lubenter morans ut nihil haec insuper moretur tantum abest, ut alteri miraculo quatenus fieri potest altero quod inserit ex memoria desumpto speciem conflare studeat veritatis. Equo igitur aeneo Olympiae a Phormide consecrato, quem equi qualibet tempestate rabido impetu inire dicebantur, quin *τὸ ἱππομανές* infusum sit *ἀνδρὸς μάγου σοφίᾳ*, non dubitat *θεασάμενος θαῦμα μάγων σοφίας οὐδὲ αὐτὸ ἀπηλλαγμένον* (V 27, 3 sqq.), quod deinde descriptum conferre iuvat cum re VIIII 18, 3 sq.[1]) pertractata. Hoc enim loco Thebani inferiarum, quibus Oedipi filiorum manes moris sit honorare, flammam ex eaque emissum fumum *διχῇ διΐστασθαί φασι* et scriptorem *ἐπηγάγοντο ὧν λέγουσιν ἐς πίστιν ἰδόντα* fumum Pioniis e sepulcro urbis conditoris *αὐτόματον* exilientem. Idem Mino quem fama perhibebat *θηρίον* non audet omnem derogare fidem: *τέρατα γὰρ πολλῷ καὶ τοῦδε θαυμασιώτερα καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτικτον γυναῖκες* (I 24, 1[2]). Denique *τὰ ἔντος τοῦ τεμένους* Iovis Lycaei *γενόμενα ὁμοίως πάντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους οὐ παρέχεσθαι σκιάν* existimandus est pro certo habuisse, quoniam Syenae quoque et animalia et arbores addit esse *ἄσκια* (VIII 38, 6[3]). Miratur sane periegeta saepe aliquid (frequentissimae sunt locutiones *θαῦμα ποιοῦμαι* (I 13, 9; VI 2, 10; X 14, 6), *θαῦμα* vel *θαυμάσαι παρέχει* (I 27, 3; 35, 7; 42, 3; VI 6, 4), *θαύματος ἄξιον* (II 5, 7), *θαῦμά ἐστιν* (III 26, 3), similia): quae ut refutet tamquam vana et inania, numquam potest a se impetrare contentus hic illic miraculi veritatem in medio reliquisse, ut II 34, 3: *τοῦ θεοῦ δὲ ὕοντος μίαν* (insulam) *ἐξ αὐτῶν οὔ φασιν*

---

1) cf. I 16, 1: *τὰ ξύλα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ κείμενα προὔβη τε αὐτόματα πρὸς τὸ ἄγαλμα καὶ ἄνευ πυρὸς ἥφθη.*

2) cf. Jahn, *Archaeol. Beitr.* p. 258.

3) Praeterea cf. VIII 17, 4: *τάδε μὲν ἡμῖν λελέχθω τῶν ἐν Κυλλήνῃ κοσσύφων ἕνεκα, ὡς μὴ τοῖς ῥηθεῖσιν ἐς τὴν χρόαν αὐτῶν ἀπιστοίη μηδείς.* I 42, 2 et 3; IIII 32, 5.

ὕεσθαι· τοῦτο δὲ εἰ τοιοῦτόν ἐστιν, οὐκ οἶδα, ἔλεγον δὲ οἱ περὶ Μέθανα[1]). VI 26, 2: λέγουσι — ῥεῖν οἶνον αὐτόματον ἐκ τοῦ ἱεροῦ. εἰ πιστεύειν χρὴ ταῦτα Ἕλλησιν, ἀποδέχοιτο ἄν τις τῷ λόγῳ γε τῷ αὐτῷ καὶ ὅσα Αἰθίοπες (I 33, 4) οἱ ὑπὲρ Συήνης ἐς τοῦ ἡλίου τὴν τράπεζαν λέγουσιν[2]). Quod gravissimum est: in miraculis nititur Pausaniae iudicium, ubi dedita opera res controversas vult componere. Lacedaemoniorum enim signum Dianae Ὀρθίας ξόανον esse Tauricum ab Oreste et Iphigenia olim sublatum cur sibi persuaserit, primaria causa est magica quaedam vis, cuius illud edidisse fertur indicia (III 16, 7—11[3]).

Sed tamen fuere periegetae aetate qui mente multo magis occaecata deperirent mirabilia: vulgus dico proprii iudicii expers, tum quorum sermones hoc tempore multum videmus valere, philosophos vel potius homines rudes, imperitos, pallio tenus philosophos imitantes[4]), optime depictos a Luciano in libro φιλοψευδής inscripto. Versatur hic totus in miraculis profectus a miris nonnullis curationibus, quibus in diiudicandis velim animadvertas partes scriptoris consilio ita distributas, ut Tychiades solus agat veritatis defensorem contra aliorum alucinationes (23, 40), Antigonus medicus quamquam ingenuae suae artis depravationem non ignorans (8) numquam infitias eat (21; 26) res in medium prolatas cum ab Eucrate aegroto, tum

1) Verba ἐπεὶ χάλαζάν γε ἤδη θυσίαις εἶδον καὶ ἐπῳδαῖς ἀνθρώπους ἀποτρέποντας, quippe quae adiecta e consuetudine quadam loquendi modo exemplis illustrata scriptori miraculum illud magis probari demonstrent quam improbari, non sunt transponenda cum Schubartio (*Bruchstuecke* cett. p. 84). Est hic locus ex eorum numero, quibus permultum referat scribendi genus ipsius Pausaniae respicere. Etenim particulae ἐπεί nescio an excusationem parent verba simillima II 13, 4 immerito coniecturis temptata. Praeterea cf. VIIII 18, 6; 35, 1; VII 5, 3; I 2, 3.

2) VII 23, 3: ἤκουσα — τὸ ὕδωρ τοῦ Σελέμνου σύμφορον καὶ ἀνδράσιν εἶναι καὶ γυναιξὶν ἐς ἔρωτος ἴαμα —. εἰ δὲ μέτεστιν ἀληθείας τῷ λόγῳ, τιμιώτερον χρημάτων πολλῶν ἐστὶν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τοῦ Σελέμνου. I 26, 6: τοῦτο μὲν (Minervae ξόανον de caelo delapsum) οὐκ ἐπέξειμι, εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει.

3) VIII 10, 3: τάχα δ' ἄν τι μετείη καὶ ἰσχύος τῷ μίτῳ.

4) Verba sunt Apul. flor. I 7.

a philosophis Cleodemo peripatetico, Dinomacho stoico, Ione academico (6), Arignoto Pythagorico (29), qui contrariae sententiae patronum despiciunt ut *ἰδιώτην* (cf. Gell. I 2, 6) *γελοῖα ποιοῦντα* (9; 15): profecto est hoc colloquium ad vitam quotidianam aetatis Lucianeae felicissime expressum.

Superfuerunt autem[1]) qui Pythagorae, Platonis, Aristotelis, Zenonis, aliorum praecepta non satis haberent habitu externo profiteri. Atque hi fidei miraculis ab aliis tributae non potuerunt non adversari, siquidem potissimum volebant usum vitae quotidianae ornare et iuvare. Nam veritatem invenire inventamque ad vitae publicae privataeque commodum convertere, primarium fuit consilium omnibus philosophorum sectis hoc tempore commune. Videamus de singulis.

Lucianus[2]) ut vitae sola in veritate innixae itaque perfectae, cuius speciem ab adolescentulo in mente gerebat infixam[3]), assequendae periculum faceret, quot philosophorum scholas celeri cursu peragravit[4]), usque dum sibi umquam satisfactum iri prorsus desperans quadraginta annos natus

1) Luc. *ἁλιεύς* 37: *εἰσὶ γάρ, εἰσί τινες ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίαν ζηλοῦντες καὶ τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἐμμένοντες. Δὶς κατηγ.* 8; *δραπέτ.* 4.

2) cf. Hermann, *Ges. Abhandl. u. Beitr.* p. 207 sqq. et 214.

3) Idcirco maxime placuerunt ei praecepta Nigrini philosophi (*Νιγρ.* 18, 27, 31, 33, 36–38).

4) *ἁλιεύς* 29: *ἐγὼ γὰρ ἐπειδὴ τάχιστα ξυνεῖδον ὁπόσα τοῖς ῥητορεύουσι τὰ δυσχερῆ ἀναγκαῖον προσεῖναι, ἀπάτην καὶ ψεῦδος καὶ θρασύτητα καὶ βοὴν καὶ ὠθισμοὺς καὶ μυρία ἄλλα, ταῦτα μέν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἀπέφυγον, ἐπὶ δὲ τὰ σά, ὦ φιλοσοφία, ὁρμήσας ἠξίουν ὁπόσον ἔτι μοι λοιπὸν τοῦ βίου καθάπερ ἐκ ζάλης καὶ κλύδωνος ἐς εὔδιόν τινα λιμένα σπεύσας ὑπό σοι σκεπόμενος καταβιῶναι* sqq. ibid. 11: *ποῦ δὲ τὴν φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; οὐ γὰρ οἶδα ἔνθα οἰκεῖ· καίτοι πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ. — οὐδέπω γοῦν καὶ τήμερον ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν* sqq. 31. *Ἑρμότιμ.* 26: *ἔνθα δή μοι καὶ ἡ πᾶσα ἀπορία ἐστίν· ἐφ' ἣν γὰρ ἂν ἔλθω αὐτῶν, ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἑκάστης ἐφεστὼς ἐν τῇ εἰσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τὴν χεῖρα καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι, τοὺς δ' ἄλλους πλανᾶσθαι μήτε αὐτοὺς ἐληλυθότας μήτε ἄλλοις ἡγήσασθαι δυναμένοις ἀκολουθήσαντας* sqq. *Μένιππ.* 4 sqq. *Ἰκαρομέν.* 5.

(*Ἑρμότ.* 13; *δὶς κατηγ.* 32) illum amplexus sit scepticismum, quem redolet *Ἑρμότιμος* dialogus[1]). Attamen provecta aetate palmam dedit Samosatensis soli Epicuri philosophiae[2]) me iudice ratus vitam ipsam illinc plurimum utilitatis percipere[3]). Huc, repeto, spectavere tunc temporis philosophi magis minusve omnes: inde eorum eclecticismus, inde physicae res, quae florebant Galeno auctore, philosophis adiunctae ac pari diligentia excussae ratione et usu.

Ut taceam de Q. Sextio Nigro, quem primum Romanorum haec studia diversa coniunxisse demonstravit Iahn[4]): memineris quaeso inprimis Favorini studiosissimi illius, quamquam philosophiam academicam exercebat, Aristotelis et in peripateticorum, aliorum placita admodum propensi nec non in quaestionibus physicis bene versati[5]). Talia vero cum amicis pertractasse Taurum quoque Athenis Gellius testis est (XVII 8; XVIII 10; XVIIII 6) ipse doctrinae a vitae quotidianae usu non remotae addictus, physicae (XVII 8; XVIIII 5; VIIII 7, 1 et 2; III 10, 2 sqq.; XIII 7; XVI 15; XVII 15,

---

1) 34: *ἕνί τε λόγῳ ξυνελών φημι, ἄχρι ἂν ἄδηλον ᾖ τίς ἀληθής ἐστι προαίρεσις ἐν φιλοσοφίᾳ, μηδεμίαν αἱρεῖσθαι· ὕβρις γὰρ ἐς τὰς ἄλλας τὸ τοιοῦτον.* 71: *πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες.* 50, 63, 74, 85.

2) *ψευδόμ.* 25: *Ἐπικούρῳ ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεωρακότι καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι.* 61: *Ἐπικούρῳ — ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν καὶ μόνῳ μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκότι καὶ παραδεδωκότι καὶ ἐλευθερωτῇ τῶν ὁμιλησάντων αὐτῷ γενομένῳ.*

3) cf. Sext. Empir. adv. math. XI 169: *Ἐπίκουρος ἔλεγε τὴν φιλοσοφίαν ἐνέργειαν εἶναι λόγοις καὶ διαλογισμοῖς τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιοῦσαν.*

4) acta soc. litt. Saxon. 1850, p. 277 sqq.; p. 279: „*Es ist eine interessante Erscheinung, mit welchem Eifer man sich seit der Kaiserzeit der Naturforschung hingab und die philosophischen und medicinischen Studien mit einander zu vereinigen strebte, — wie man aber auch durch Erforschung der Natur das sittliche Gefühl zu stärken und zu beleben, und namentlich der masslosen Üppigkeit und Verfeinerung durch das Hinweisen auf die einfache Zweckmaessigkeit der Natur entgegenzuwirken suchte*“.

5) cf. Marres, de Favorini Arelatensis vita, studiis, scriptis. p. 54 sqq. Favorini *πολυμάθειαν κατὰ πᾶσαν παιδείαν* conferre iuvat cum studiis Apulei.

4 sqq.), astronomiae (XIII 9), mathematicae (I 20; XVI 18), medicinae (XVII 11), de qua quidem in hunc modum disserit XVIII 10, 8: „existimavi non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis liberaliterque institutis turpe esse, ne ea quidem cognovisse ad notitiam corporis nostri pertinentia, quae non altius occultiusque remota sunt et quae natura nobis tuendae valetudinis causa et in promptu esse et in propatulo voluerit; ac propterea, quantum habui temporis subsecivi, medicinae quoque disciplinae libros attigi — et ex his cum alia pleraque ab isto humanitatis usu non aliena, tum de venis — didicisse videor"[1]).

Verum enimvero ut hos viros doctos quin miraculis sese decipi paterentur opera prohibuit[2]) quam navabant disciplinis modo commemoratis, ita unum exemplar (de Aristide iam actum est) suppetit ingenii eisdem quidem studiis admodum exculti, superstitionis autem vinculis prorsus se relaxare recusantis: Apuleium dico Madaurensem. Non acquievit hic in Platonis praeceptis approbandis et pro virili parte promovendis, sed familiaritatem contraxit etiam cum Pythagoricis nonnum quamrefugiens ad Aristotelem, Nicomachum, alios, ad Tageticos adeo Etruscorum libros. Deinde inter scripta Apulei, quorum maximam partem nexu quodam encyclopaedico aliquando ab illo esse coniunctam ratiocinatio reddidit veri simillimum Iahni (l. d. p. 282 sqq.), longa eminet series titulorum ad res physicas (ibid. p. 283 sqq.) pertinentium, quibus expiscandis quantum insumpserit temporis, aliquoties ipse libere confessus (apol. 36 sqq.) semel mulieri cuidam aegrae medelam se attulisse gloriatur (ibid. 51) medicinae neque instudiosum neque imperitum (ibid. 40). Haec vero utut sunt: scatet idem Apu-

1) cf. VIIII 4, 11: cum ea scriberemus, tenuit nos non idoneae scripturae taedium, nihil ad ornandum iuvandumque usum vitae pertinentis. V 15, 9: hos aliosque talis argutae delectabilisque desidiae aculeos cum audiremus vel lectitaremus neque in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitae pertinens aut finem ullum quaerendi videremus, Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait: Philosophandum est paucis: nam omnino haut placet. cf. V 16, 5; XIIII 6, 5; praef. § 12.

2) Sed cf. Gell. VIIII 4, 14.

leius multis superstitionis vestigiis, non vulgaris quidem et abiectae, ut apologia[1]) de magia[2]) habita ostendit, proxime autem cohaerentis cum universa Madaurensis natura mystica illa omni ex parte, qua apte traducimur ad mysteria.

De mysteriis.

Initiatus est Pausanias hisce mysteriis:

Eleusiniis[3]). cf. I 37, 4: *ὅστις δὲ ἤδη τελετὴν Ἐλευσῖνι εἶδεν ἢ τὰ καλούμενα Ὀρφικὰ ἐπελέξατο, οἶδεν ὃ λέγω*[4]). I 38, 7: *τὰ δὲ ἔντος τοῦ ἱεροῦ τό τε ὄνειρον ἀπεῖπε γράφειν, καὶ τοῖς οὐ τελεσθεῖσιν, ὁπόσων θέας εἴργονται, δῆλα δήπου μηδὲ πυθέσθαι μετεῖναί σφισιν.* II 30, 4: *εἶδον τε τὰ ἀγάλματα καὶ ἔθυσά σφισι κατὰ τὰ αὐτὰ καθὰ δὴ καὶ Ἐλευσῖνι θύειν νομίζουσιν.* —

mysteriis dearum quas magnas vocabant in luco Carnasio, fortasse Megalopoli. cf. IIII 33, 5: *τὰ δὲ ἐς τὰς Θεὰς τὰς μεγάλας, δρῶσι γὰρ καὶ ταύταις ἐν Καρνασίῳ τὴν τελετήν, ἀπόρρητα ἔστω μοι· δεύτερα γάρ σφισι νέμω σεμνότητος μετά γε Ἐλευσίνια. ὅτι δ' ὑδρία τε ἡ χαλκῆ τὸ εὕρημα τοῦ Ἀργείου στρατηγοῦ καὶ Εὐρύτου τοῦ Μελανέως τὰ ὀστᾶ ἐφυλάσσετο ἐνταῦθα δηλῶσαί με καὶ ἐς ἅπαντας οὐκ ἀπεῖργε τὸ ὄνειρον.* VIII 31, 7: *τῶν μεγάλων Θεῶν τὴν τελετήν, καὶ τὰ δρώμενα τῶν ἐν Ἐλευσῖνί ἐστι μιμήματα.* —

Cereris mysteriis Celeis. cf. II 14, 1: *καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν Ἐλευσῖνι νομίζουσι, τὰ δὲ ἐς αὐτὴν τὴν τελετὴν ἐκείνων ἐστὶ μίμησις* (ipsum expertum loqui scriptorem — aliter se habent verba VIII 15, 1 — docent quae sequuntur)· *ὁμο-*

---

1) Apologiam esse decet nostri de scriptore iudicii firmissimum fundamentum. Nam in metamorphoseon libris genio indulsisse videtur Apuleius simili modo atque Lucianus *ἀληθῶν ἱστοριῶν* libris, quos quidem ipse fatetur (I 4) nihil veri continere nisi quod non sint veri.

2) Causa Apulei ad hoc temporis spatium illustrandum multum facit, praesertim inter se collatis accusatoris levitate et iudicum gravitate, qua effectum est, ut reus absolveretur.

3) En causa verborum V 10, 1: *μάλιστα δὲ τοῖς Ἐλευσῖνι δρωμένοις καὶ ἀγῶνι τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ μέτεστιν ἐκ θεοῦ φροντίδος.*

4) cf. Herod. II 51: *ὅστις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται, — οὗτος ὡνὴρ οἶδε τὸ λέγω.*

λογοῦσι δὲ καὶ αὐτοὶ μιμεῖσθαι Φλιάσιοι τὰ ἐν Ἐλευσῖνι δρώμενα. —

mysteriis Neptuni Cererisque filiae, quam Δέσποιναν vocabant, haud procul a Megalopoli urbe. cf. VIII 37, 9: τῆς δὲ Δεσποίνης τὸ ὄνομα ἔδεισα ἐς τοὺς ἀτελέστους γράφειν. cf. VIII 25, 7. —

mysteriis Lernaeis. cf. II 37, 6: τὰ δὲ ἐς αὐτὴν Διονύσῳ δρώμενα ἐν νυκτὶ κατὰ ἔτος ἕκαστον οὐχ ὅσιον ἐς ἅπαντας ἦν μοι γράψαι. —

Cabirorum mysteriis prope Thebas. cf. VIIII 25, 5: οἵτινες δέ εἰσιν οἱ Κάβειροι καὶ ὁποῖά ἐστιν αὐτοῖς καὶ Δήμητρι[1]) τὰ δρώμενα, σιωπὴν ἄγοντι ὑπὲρ αὐτῶν συγγνώμη παρὰ ἀνδρῶν φιληκόων ἔστω μοι. τοσοῦτο δὲ δηλῶσαί με καὶ ἐς ἅπαντας ἐκώλυσεν οὐδέν, ἥντινα λέγουσιν ἀρχὴν οἱ Θηβαῖοι γενέσθαι τοῖς δρωμένοις sqq. —

Obscurat verba allata propemodum omnia altum silentium, quo cavet scriptor ne arcana prodat profanis, duplicem praetendens excusationem. Etenim praeterquam quod mysteriorum legibus se praebet obstrictum verbis οὐχ ὅσιον[2]) ἦν μοι γράψαι (II 37, 6; VIIII 25, 6; I 14, 3) vel ἔδεισα ἐς τοὺς ἀτελέστους γράφειν (VIII 37, 9), interdum a rebus, quas in medium proferre (nisi fallor) fas erat etiam initiatis, stilum mavult abstinere somniis quibusdam adductus: cf. I 38, 7; IIII 33, 5; I 14, 3: πρόσω δὲ ἰέναι με ὡρμημένον τοῦδε τοῦ λόγου (I 26, 4) καὶ ὁπόσα ἐξήγησιν ἔχει[3]) τὸ Ἀθήνησιν ἱερόν, καλούμενον δὲ Ἐλευσίνιον, ἐπέσχεν ὄψις ὀνείρατος. Nam ἱεροὺς λόγους[4]) habet pro sacrosanctis (II 13, 4; VIII 15, 4; 24, 5): quam-

1) Sic scripseram pro τῇ μητρί (codd.), cum idem in mentem venisse vidi iam Siebelisio.

2) cf. οὐκ εἰκὸς γράψαι V 15, 11; VIIII 32, 5. οὐχ ἡδὺ γράψαι VIII 38, 7; VIIII 30, 3.

3) Verbis corruptis Clavier recte inseruit ἐς praepositionem ante vocem ἐξήγησιν. Praeterea autem infinitivum aliquem suspicor excidisse (διιέναι? διεξιέναι? cf. III 10, 5).

4) cf. Welcker, *gr. Goetterl.* I p. 95: „*Für den* **ἱερὸς λόγος**, *das Kind der Telete, kam erst mit dem Verfall der Staaten und der Bildung, wie für allen Aberglauben, die fruchtbarste Periode, worin die Mysten ihn nicht ohne heilige Schauer vernahmen*“.

obrem vel ea mysteria, quorum ipse non est particeps[1]), omnino quasvis res sacras[2]) verecunde attingit velut ex longinquo, ἀπόρρητα autem bis tantum a se impetrasse videtur ut enarraret[3]). Iamne miremur, quod deorum fabulas non vult destruere σοφίᾳ earum interposita (VIII 8, 3)?

Haec hactenus. Iam vero ut nostrum de Pausania μυστικωτάτῳ iudicium stet recto talo, necesse est qualis fuerit sub finem aevi antiqui, praecipue Antoninorum aetate universa mysteriorum condicio explanare[4]).

Quod oraculis paulo ante vidimus obtigisse ut, etsi numquam prorsus obmutuerant, iterum quasi efflorescerent saeculis p. Chr. n. cum primo tum secundo: idem de mysteriis eo usque valet, ut vetera auctoritatem servent pristinam, quae adhuc locum obtinuerunt inferiorem et ipsa ad summum florem proveniant, denique nova quaedam numerum augeant priscum. Percenseamus primum cursu quam celerrimo multitudinem mysteriorum.

Atque Eleusinia ne hoc quidem tempore a loco principali esse submota in promptu sunt ad demonstrandum verba Aristidis I p. 308: Σαμοθρᾷκες ἀγάλλονται τοῖς ἱεροῖς, καὶ ταῦτα πάντων ὀνομαστότατά ἐστι πλὴν τῶν Ἐλευσινίων. cf. Paus. IIII 33, 5. Praeterea incendium quoddam templi Eleusini notum quidem tantummodo ex oratione Aristidis undevicesima

1) cf. II 3, 4: τὸν δὲ ἐν τελετῇ Μητρὸς ἐπὶ Ἑρμῇ λεγόμενον καὶ ἐπὶ κριῷ λόγον ἐπιστάμενος οὐ λέγω. II 17, 4: τὰ μὲν οὖν ἐς τὴν ῥοιάν (Iunonis), ἀπορρητότερος γάρ ἐστιν ὁ λόγος, ἀφείσθω μοι. Ipsum initiatum esse Pausaniam magnae Matris et Iunonis mysteriis non est veri simile; cf. VII 17, 1: Ἄττης δὲ ὅστις ἦν, οὐδὲν οἷός τε ἦν ἀπόρρητον ἐς αὐτὸν ἐξευρεῖν (probabiliter igitur coniecit Lobeck l. d. p. 151 pudore prohibitum esse scriptorem, quin perturpem de ariete fabulam in sacris magnae Matris evulgatam (Clem. Adm. p. 12) litteris mandaret). II 38, 2: οὗτος μὲν δή σφισιν ἐκ τελετῆς, ἣν ἄγουσι τῇ Ἥρᾳ, λόγος τῶν ἀπορρήτων ἐστίν.

2) cf. I 24, 4: καὶ ὁ ὀνομαζόμενος Πολιεύς, ᾧ τὰ καθεστηκότα ἐς τὴν θυσίαν γράφων τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς λεγομένην αἰτίαν οὐ γράφω. I 29, 2.

3) cf. II 29, 8: ὡς δὲ καὶ μνῆμα οὗτος ὁ βωμὸς εἴη Αἰακοῦ, λεγόμενόν ἐστιν ἐν ἀπορρήτῳ. II 38, 2.

4) cf. Burckhardt l. d. p. 213 sqq.

laudibus horum sacrorum uberrima[1]) alterutri Antoninorum[2]), M. Aurelio opinor[3]) occasionem dedit splendidae restitutionis[4]). — Ex Eleusiniis repetitae sunt τελεταί Cereris Celeis (Paus. II 14, 1) et Pheneae (VIII 15, 1 sqq.) peractae, quarum altera bene composita et constituta praestabat priori ultra fines secreti cuiusdam deae cultus non magis egressae quam eiusdem ἱερὰ ἀπόρρητα Hermionae (II 34, 10) atque τελεταί prope Pheneam (VIII 15, 4) et Thelpusam (VIII 25, 7), — tum θεῶν μεγαλῶν Andaniae (IIII 3, 10[5]) neque procul a Trapezunte oppido (VIII 29, 1), Cereris Καβειρίας Coraeque prope Thebas (VIIII 25, 5[6]). Contra praeter τελετήν Megalopoli his magnis deabus constitutam (VIII 31, 7) earundem sacra in luco Carnasio haud infimum locum tenuisse suspicor propter laudes Pausaniae (IIII 33, 5) et inscriptionem nuperrime repertam publicique iuris factam in Gerhardi diurnis archaeol. 1858, p. 251* sqq.[7]). — Δεσποίνῃ[8]), Neptuni Cererisque filiae,

---

1) I p. 420: *ναυμαχίαι μὲν γὰρ καὶ πεζομαχίαι — καὶ πάνθ' ὡς εἰπεῖν ἐπέλιπεν, ἀντεῖχε δὲ τὰ μυστήρια. πανηγύρεις τοίνυν αἱ μὲν ἄλλαι δι' ἔτους πέμπτου καὶ τρίτου πληροῦνται, μόνη δὲ ἡ τῶν μυστηρίων παντὸς ἔτους ἐνίκησεν εἶναι.* I p. 311: *ἀλλὰ μὴν τῶν γε μυστηρίων τὰ μὲν ὡς ἀρχαῖα τετίμηται, τὰ δ' ὡς ἀναγκαῖα, τὰ δ' ὡς πλείστοις γνώριμα. πάσαις τοίνυν ταῖς ψήφοις προφέρει τὰ Ἐλευσίνια.* I p. 302, p. 421.

2) Schol. Arist. III p. 308: *ἐπὶ Ἀντωνίνου ἦν Ἀριστείδης, ὃς καὶ ἄλλα πολλὰ τοὺς Ἀθηναίους ἐτίμησε καὶ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι ναὸν πολυτελῶς κατεσκεύασεν.* cf. Preller, *Demet. u. Pers.* p. 376.

3) Constat enim eum esse initiatum (Cass. D. LXXI 31). Idem refertur de Octaviano (ibid. LIIII 9) et Hadriano (ibid. LXVIIII 11. Spart. Hadr. 13. Corp. inscr. 434).

4) Praeterea cf. Art. I 73, p. 102; II 39, p. 221. Luc. *κατάπλ.* 22. Apul. apol. 13: quoniam — maius piaculum decernis speculum philosopho quam Cereris mundum profano videre.

5) An hoc loco intellegenda sunt θεῶν μεγαλῶν mysteria, quae peragebantur in luco Carnasio prope Andaniam sito?

6) Ad hoc genus sacrorum mysticorum simplicius rettulerim etiam τελετάς Gratiis Athenis (VIIII 35, 3), Iunoni Naupliae (II 38, 2), Dianae in Cnacalo monte (VIII 23, 4) nescio quo tempore institutas, certe Pausaniae aetate nondum exstinctas.

7) Adde Philol. 1859, p. 236 et 464, deinde Sauppi dissertationem quae mox prodibit in commentt. societ. litter. Gotting.

8) cf. Preller l. d. p. 171 et 384.

templa tribuere Arcades pluribus locis (VIII 27, 6; 35, 2; 36, 9; V 15, 4 et 10) et *τελετήν* prope Megalopolin[1]). — Liberi et Cereris et Corae mysteria[2]) Lernam olim deducta et ipsa procul dubio ex Eleusiniis hac demum aetate in eandem gratiam videntur venisse[3]), atque — Hecates sacra in Aegina insula quotannis celebrata[4]). — Veneris autem my-

---

1) VIII 37, 2: *ἐν δὲ τῇ στοᾷ τῇ παρὰ τῇ Δεσποίνῃ — πινάκιόν ἐστι γεγραμμένον, ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετήν.* cf. § 9.

2) cf. Preller l. d. p. 210 sqq. — Curtius, Peloponn. II p. 565, 21. — Iahn, acta societ. litt. Saxon. 1856, p. 277, 16.

3) Paus. VIII 15, 9: *ἐν δὲ τῇ Κράθιδι τῷ ὄρει Πυρωνίας ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα παρὰ τῆς θεοῦ ταύτης ἐπήγοντο Ἀργεῖοι πῦρ ἐς τὰ Λερναῖα.* II 37, 2: *καταστήσασθαι δὲ τῶν Λερναίων τὴν τελετὴν Φιλάμμωνά φασι. τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις δῆλά ἐστιν οὐκ ὄντα ἀρχαῖα.* II 36, 7: *ἡ δὲ Λέρνα ἐστὶν — πρὸς θαλάσσῃ καὶ τελετὴν Λερναίᾳ ἄγουσιν ἐνταῦθα Δήμητρι.* II 37, 6. Liban. I p. 427: *οἶδε ταῦτα Δημήτηρ καὶ Κόρη καὶ Σάραπις καὶ Ποσειδῶν καὶ ὁ τὴν Λέρνην κατέχων Ἴακχος καὶ πολλοὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι δαίμονες, περὶ οὓς ἅπαντα φιλοτίμως ἐξεπλήρωσε.* — Orelli, inscr. 2361.

4) cf. Strab. X p. 468. — Paus. II 30, 2: *θεῶν δὲ Αἰγινῆται τιμῶσιν Ἑκάτην μάλιστα, καὶ τελετὴν ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἑκάτης, Ὀρφέα σφίσι τὸν Θρᾷκα καταστήσασθαι τὴν τελετὴν λέγοντες.* — Luc. *πλοῖον* 15: *καίτοι πρῴην καὶ ἐς Αἴγιναν ἐπὶ τὴν τῆς Ἐνοδίας τελετὴν οἶσθα ἐν ἡλίκῳ σκαφιδίῳ πάντες ἅμα οἱ φίλοι τεττάρων ἕκαστος ὀβολῶν διεπλεύσαμεν* (cf. *φιλοψευδ.* 14 et 22 sqq.). — Art. II 37, p. 213: *κινουμένη δὲ ἡ θεὸς* (Hecate) *καὶ συναντῶσα κατὰ σχῆμα καὶ τὰς ὄψεις καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς κρατούμενα σημαίνει τὰ ἀποτελέσματα. Περὶ ὧν λέγειν οὔτε ὅσιον οὔτε ἀσφαλές. Δῆλος* (scripsi cum Reiskio pro *ἄδηλος*: cf. Paus. I 37, 4. Reiff: „*ἄδηλος* h. l. idem significat quod *εὔδηλος*". Exempla desidero. Doederlein — de *ἄλφα* intensivo sermonis Gr. p. 6 — *πλὴν* vel *εἰ μή* putat excidisse post *λόγος*) *δὲ ὁ λόγος τοῖς μεμυημένοις τῇ θεῷ. Οἱ δὲ ἀμύητοι παρὰ τῶν μεμυημένων μὴ* (adieci; cf. Paus. I 38, 7) *μανθανέτωσαν.* — Liban. I p. 426: *τούτῳ Μένανδρος μὲν ἦν πατήρ, τὰ πρῶτα Κορινθίων, φίλος Ἑκάτῃ καὶ Ποσειδῶνι, πλέων μὲν εἰς Αἴγιναν ὑπὲρ τῶν ἐκείνης ὀργίων, ἐλαύνων δ' εἰς ἰσθμὸν ὑπὲρ τῶν τοῦδε μυστηρίων* (Isthmia sunt intellegenda), *ἐν μὲν τῇ νήσῳ κορυφαῖος ὢν τοῦ θιάσου, ἐν δὲ τῇ Χερρονήσῳ συντελῶν ἀπὸ τῶν μικροτέρων.* — Origen. c. Cels. VI p. 299 (Hoeschel.): *οὐ γὰρ δοκεῖ παρ' Ἕλλησιν εἶναι ἐξαίρετα τὰ τοῦ Μίθρου παρὰ τὰ Ἐλευσίνια ἢ τὰ παραδιδόμενα τοῖς ἐν Αἰγίνῃ μυουμένοις τὰ τῆς Ἑκάτης.* — Subtiliter refert ad haec mysteria Mueller (Aeginett. p. 173) verba Gelli II 21. An eodem per-

steria primus e scriptoribus qui supersunt commemorat Iamblichus[1]), fabulae cuiusdam Milesiae auctor florens non ante imperium Antoninorum[2]). — Cabirorum *τελεταί* ad Eleusiniorum auctoritatem pergebant proxime accedere[3]).

Hic vero subiungendae sunt religiones ab exteris quibusdam nationibus invectae: sacra mystica Sabazi, magnae Ma-

---

tinet Paus. II 29, 8: *ὡς δὲ καὶ μνῆμα οὗτος ὁ βωμὸς εἴη Αἰακοῦ, λεγόμενόν ἐστιν ἐν ἀπορρήτῳ?* — Hierophanta Hecates extat apud Orellium, inscr. 2335, 2351—53, 1901 (sacerdos), hierophantria 2361. — Superest denique statua eiusdem deae hac fere aetate exsculpta et nescio quo loco Transsilvaniae reperta, cuius toreumata videntur quidem ad *τελετάς* illas spectare, explicari vero nequeunt. Edendam curaverunt Koeppen (1823), Gerhard (*ant. Bildw.* p. 405, t. CCCXIIII), Mueller-Wieseler (II 71, 893 a et b). Hodie Hermannopoli servatur statua. — In Aegina insula eodem tempore floruit cultus Damiae et Auxesiae perantiquus (Orelli 2361. Mueller l. d. p. 70 sqq.).

1) cf. Phot. bibl. cod. 94, p. 75 b (erot. scr. ed. Hercher. I p. 224, 26): *ἐν ᾧ καὶ τὰ περὶ Φαρνούχου καὶ Φαρσίριδος καὶ Τανάιδος, ἀφ᾽ οὗ καὶ Τάναϊς ὁ ποταμός, λεπτομερῶς διεξέρχεται, καὶ ὅτι τὰ περὶ τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τοῦ Τανάιδος τοῖς κατοικοῦσιν Ἀφροδίτης μυστήρια Τανάιδος καὶ Φαρσίριδός ἐστιν.* — Himer. ecl. XVIII 2: *ὤδινεν ἐξ Οὐρανοῦ τὴν Ἀφροδίτην ἡ θάλαττα. τὰς δὲ ὠδῖνας ταύτας, αἵτινές ποτε εἰσί, μυστικοὶ λόγοι κρύπτειν κελεύουσι.* — Firm. Mat. p. 15 (Burs.). Arnob. adv. g. V 19. Clem. Al. *προτρ.* p. 13 (Pott.).

2) *Ἔρωτος* quae olim decantabant mysteria Thespia certissimis argumentis explosa ab Iahnio (*Archaeol. Beitr.* p. 124 sqq.; cf. Gerhard, comm. acad. Berol. 1848, p. 273) quod nuper e mortuis quasi revocavit Bachofen (*Versuch über die Graebersymbolik der Alten*, p. 77 et 145), sane mirum videtur. Quid vero non est mirum in libro illo fucosae doctrinae? — Multo rectius iudicavit Burckhardt l. d. p. 219.

3) cf. Arist. XIII p. 308. Galen. de usu part. XVII 1: *ἅπαντες, ὡς οἶμαι, καὶ κατ᾽ ἔθνος καὶ κατ᾽ ἀριθμὸν ἄνθρωποι, ὅσοι τιμῶσι θεούς, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσιν Ἐλευσινίοις τε καὶ Σαμοθρᾳκίοις ὀργίοις.* ibid. VII 14. — Arist. II p. 709: *τοῦτό μοι πρεσβύτατοι δαιμόνων ἐνταῦθα λέγονται γενέσθαι Κάβειροι, καὶ τελεταὶ τούτοις καὶ μυστήρια, ἃ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχειν πεπίστευται ὥστε χειμώνων τε ἐξαισίων* (explicit oratio in codd.). — Paus. VIIII 25, 5 sqq.; X 38, 7. — Liban. I p. 447: *πόσου ποτ᾽ ἂν ἐπρίατο Γεώργιος ἐκεῖνος αὐτομολοῦντα τοῦτον ἰδεῖν καὶ στάντα ἐπὶ τοῦ βήματος, ὅθεν ἐκεῖνοι τὰς γραῦς δημαγωγοῦσιν, ἐξειπεῖν καὶ διασύρειν τὰ ἀπόρρητα τῶν δαιμόνων, τὰ τῆς Ἰνοῦς, τὰ τοῦ παιδός, τὰ Καβείρων, τὰ Δήμητρος.* — Arnob. adv. g. V 19. Firm. Mat. p. 15.

tris, Isidis Serapidisque, Mithrae. Et Sabazium quidem e Phrygia oriundum, quem cum Dionyso conspirantem Graeci traduntur ritu quodam aliquando coluisse[1]), cavendum est ne cum deo huius temporis confundamus eo usque dignitatis provecto, ut iam necessitudine inter utrumque sublata suas quisque agere partes inciperent Dionysus et Sabazius[2]). Quo facto, mox offecit dei foris illati splendor[3]) sacris alterius, quippe quae iam illustrissimum illud de bacchanalibus senatus consultum perangustis circumscripsisset finibus[4]). — Ad magnam Matrem et ipsam olim e Phrygia petitam multorum inclinasse animos indicio sunt cum eius templa a Pausania commemorata[5]) atque ne hac quidem aetate neglecta (III 12, 9: *τὸ δὲ ἱερὸν τῆς μεγαλῆς Μητρὸς τιμᾶται περισσῶς δή τι*), tum taurobolia quae vocantur et criobolia illius mysteriis adiecta saeculo demum secundo p. Chr. n.: antiquissimum certe quod ad nos pervenit taurobolii in Italia peracti exemplum referendum est ad annum 133 p. Chr. n.[6]). — Isidis Serapidisque cultum ab Alexandria terras mari mediterraneo adiacentes gradatim pervagantem Graeci facile passi sunt irrepere[7]): in Italia ut publice progressus faceret, diu dubitavit

---

1) cf. Macrob. saturn. I 18: In Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accepimus, quem illi Sebadium nuncupantes magnifica religione celebrant. — Lobeck l. d. p. 295 sqq., 642, 646 sqq., 1046. Preller, *griech. M.* I p. 433 †). De Iove Sabazio cf. Conze, *Reise auf den Inseln des thrak. Meeres* p. 99.

2) cf. Luc. *Ἰκαρομέν.* 27; *θεῶν ἐκκλ.* 9.

3) Arnob. adv. g. V 21: ipsa novissime sacra; et ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est, testimonio esse poterunt veritati sqq. — Firm. Mat. p. 15. Orelli, inscr. 2357, 6042.

4) Supersunt tamen vestigia etiam Dionysi mysteriorum; cf. Apul. apol. 55: vel unius Liberi patris mystae qui adestis scitis, quid domi conditum celetis et absque omnibus profanis tacite veneremini. — Plut. *παραμυθ. πρ. τ. ἰδ. γ.* 10. Art. IIII 39. Arnob. adv. g. V 19. Firm. Mat. p. 9. Orelli, inscr. 2358—60, 6043. — Zoega, *Abhandl.* p. 141. Preller, *roem. M.* p. 718, 3.

5) I 3, 5; 31, 1; II 4, 7; III 22, 4; IIII 31, 6; V 14, 9; VIII 30, 4; 37, 2; 44, 3; VIIII 25, 3; X 32, 3.

6) cf. Henzeni suppl. ad Or. inscr. 2336. — Praeterea cf. ibid. 1899 sqq., 2319 sqq., 5839 sqq., 6031 sqq. Boissieu, inscr. de Lyon p. 22—38.

7) cf. Preller, acta soc. litt. Saxon. 1854, p. 196.

res publica Romana concedere, quoad ultimo extirpandi periculo, quod Tiberius anno 19 p. Chr. n. susceperat[1]), paulatim oblivioni tradito vel principes sacris Aegyptiis indulserunt[2]). Iam haec omnibus erant in deliciis, increbescebant Isidis templa ab hominibus cuiusvis ordinis frequentata[3]), iam demum mysteriis imponebantur variae illae ac perplexae formae, quas verbose enarrat Apuleius[4]). — Mithrae dei Persici τελεταί[5]) innotuerunt quidem Romanis Plutarcho teste (*Πομπ.* 24) iam anno 70 a. Chr. n., verum usque ad imperii fines maxime longinquos sunt propagatae illo tempore, quo sacra antiqua cum novis a gentibus peregrinis invectis permisceri coepta sunt atque his quodam modo postponi.

En conspectus mysteriorum[6]), quae per se patet omnia

1) cf. Tac. ann. II 85. Suet. Tiber. 36.

2) cf. Reichel, de Isidis apud Romanos cultu. 1849.

3) cf. Paus. I 41, 3; II 13, 7; 4, 6; 32, 6; 34, 1; VII 25, 9; X 32, 13.

4) mett. XI. Art. II 39, p. 222. Orelli, inscr. 1871 sqq., 2305 sqq., 5832 sqq., 6027 sqq.

5) cf. Luc. *ἐκκλ. θεῶν* 9; *Ζεὺς τρ.* 8. Julian. Caesar. fin.; or. IIII p. 130 et 158. — Orelli, inscr. 1908 sqq., 2340 sqq., 5844 sqq., 6038 sqq. Boissieu l. d. p. 39 sqq.

6) Hadrianus in memoriam Antinoi sui *τελετάς* instituit Mantineae (Paus. VIII 9, 8) et Antinopoli (Orig. c. Cels. p. 136), neque Alexander famosissimus oraculo Aesculapi Abonoteichitae addere dubitavit *τελετὴν καὶ δᾳδουχίας καὶ ἱεροφαντίας, τριῶν ἑξῆς ἀεὶ τελουμένων ἡμερῶν* (Luc. *ψευδόμ.* 38). Utrumque intellegitur fieri non potuisse nisi tempore, quo mysteriorum maiori curae esset multitudo, quam divina origo. — An Hadrianus vel eo provectus est nefariae insaniae, ut Antinoo mortuo in Eleusiniis partes curaret tribuendas Iacchi dei? Agebantur *Ἀντινόεια*, ut in aliis Graeciae urbibus, etiam *ἐν ἄστει* (Athenis) et *ἐν Ἐλευσῖνι* (Corp. inscr. 283 et 2983. — Ross et Meier, *Demen von Attica* p. 31): deinde Antinoum *Ἴακχον* duo exhibent numi Adramyttenorum quidem (Haym, thes. Brit. 1765. II p. 278, t. XXXIIII 1. Eckhel, doctr. n. VI p. 530) et Tarsensium (Eckhel, num. vett. anecd. II p. 232, t. XIII 16; doctr. n. VI p. 535; catal. mus. C. Vindob. II p. 195, n. 10). Si vera est coniectura, procul dubio huc referenda sunt verba periegetae X 31, 11: *οἱ γὰρ ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων τελετὴν τὴν Ἐλευσινίαν πάντων, ὁπόσα ἐς εὐσέβειαν ἥκει, τοσούτῳ ἦγον ἐντιμότερον ὅσῳ καὶ θεοὺς ἐπίπροσθεν ἡρώων.* Et ultima quidem verba ad Antinoi *ἀποθέωσιν* spectare iam suspicatus est Iahn (*Kieler phil. St.* p. 140).

in hunc modum non potuisse efflorescere nisi aucto eorum numero, qui initiari vellent. Et profecto *μυσταί* tot fuerunt, ut qui secreta eorum nihil curabat sibi recludenda, quocumque loco natus erat tamquam impius contemptor rerum maxime venerabilium facile abiret in hominum ora. Velut Demonactem philosophum, cuius in laudibus multus est Lucianus aequalis, arguerunt Athenienses, *ὅτι οὔτε θύων ὤφθη πώποτε οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις*: quod crimen scitu dignum est quo responso diluerit vir eximius: *μὴ θαυμάσητε* —, *εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ* (Minervae) *ἔθυσα, οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι αὐτὴν τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον. πρὸς δὲ θάτερον, τὸ τῶν μυστηρίων, ταύτην ἔφη ἔχειν αἰτίαν τοῦ μὴ κοινωνῆσαί σφισι τῆς τελετῆς, ὅτι, ἄν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεται πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ' ἀποτρέψει αὐτοὺς τῶν ὀργίων, ἄν τε καλά, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσει[ν?] ὑπὸ φιλανθρωπίας* (Luc. *Δημών. β.* 11). Porro haud raro extiterunt qui non contenti ad unum alterumve genus sacrorum aditum sibi parasse mysteriis interesse appeterent quam plurimis et praeesse, modo fieri posset, tamquam sacerdotes. Multa testimonia praebent inscriptiones: Caelius Hilarianus fuit duodecemvir urbis Romae[1]), pater sacrorum et hieroceryx Mithrae, sacerdos Liberi et Hecates[2]): Ulpius Egnatius Faventinus — augur, pater et hieroceryx Mithrae, archibucolus Liberi, hierophanta Hecates, sacerdos Isidis, tauroboliatus crioboliatusque[3]): Sextilius Agesilaus Aedesius — pater patrum Mithrae, hierophanta Hecates, archibucolus Liberi, tauroboliatus ac crioboliatus[4]): Petronius Apollodorus — pontifex maior[5]), quindecimvir sacris faciundis, pater sacrorum Mithrae, tauroboliatus crioboliatusque[6]): Philonius Philomusus Eugenianus — „delibutus sacratissimis misteriis (Mithrae) per omnia probatissimus", tauroboliatus ac crioboliatus[7]). His autem adiciendus est[8]) vir

1) Fortasse sacerdotium magnae Matris: Orelli 3969.
2) ibid. 1901 (377 p. Chr. n.).
3) ibid. 2335 (376 p. Chr. n.).
4) ibid. 2352 (376 p. Chr. n.).
5) I. e. pontifex Vestae; cf. Borghesi, bullet. 1842, p. 140.
6) Orelli 6040 (370 p. Chr. n.).
7) ibid. 6041 (391 p. Chr. n.).
8) Praeterea conferas sis inscr. 2330, 2351, 2353.

praeclarae indolis gravitatisque priscae senator[1]), cuius vitam et studia ad rerum condicionem et sacrarum et profanarum, qualis fuerit illo saeculo, perspiciendam multum conferre Iahn omnibus veterum de eo testimoniis congestis nuper demonstravit[2]), — dico Vettium Agorium Praetextatum († 385 p. Chr. n.). Fuit enim hic — pontifex Vestae, pontifex Solis, quindecimvir sacris faciundis, augur, tauroboliatus, curialis Herculis, neocorus (Serapidis), hierophanta (Hecates?), pater sacrorum (Mithrae[3]), sacratus Libero et Eleusinis, pater patrum (Mithrae[4]). Atque coniugis vestigia pressit Fabia Aconia Paulina, sacrata apud Eleusinam deo Iaccho, Cereri et Corae, apud Laernam deo Libero et Cereri et Corae, apud Aeginam deabus (Damiae et Auxesiae), tauroboliata, Isiaca, hierophantria deae Hecates[5]). Verum tot sacris ut imbueretur, auctor fuit Praetextatus non tantum uxori[6]); vel publice non potuit quin eis locum assignaret honestissimum[7]). Qua re perbene consuluit suae ipsius apud aequales posterosque gratiae et auctoritati[8]). Neque vero praetermittenda Apulei confessio apol. 55: „sacrorum pleraque initia in Graecia participavi. eorum quaedam signa et monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conservo. — multiiuga sacra et plurimos ritus et varias caerimonias studio veri et officio erga deos didici“[9]): conspectum sacrorum, quem iubet deinde publice

---

1) Verba sunt Ammiani Marcellini XXII 7, 6.

2) acta soc. litter. Saxon. 1851, p. 338 sqq.

3) Orelli 2354 (387 p. Chr. n.).

4) Guasco, musei Capitol. inscr. I p. 108.

5) Orelli 2361. Gruter p. CCCVIIII 4. Guasco l. d. p. 109.

6) cf. anthol. Lat. IIII 201 (Burm.), 1315 (Meyer).

7) Zosim. IIII 3: *Οὐαλεντινιανὸς — τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι. — ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτάτος ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχήν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖν, ἐπέτρεψεν ἀργοῦντος τοῦ νόμου πράττεσθαι πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια.*

8) Macrob. saturn. I 24, 1: laudare hic memoriam, ille doctrinam, cuncti religionem, affirmantes hunc esse arcanae deorum naturae conscium, qui solus divina et assequi animo et eloqui posset ingenio.

9) 56: hominem tot mysteriis deum conscium.

recitari, valde dolendum est quod librariorum incuria in codicibus omisit. Denique in hanc seriem apparet recipiendum esse Pausaniam sex saltem mysteriis initiatum, cuius nimia brevitas ut nos offendit, ita profecta est ex vulgari illius aetatis sententia, qua quodvis sacrorum altissimo et profanis quoque venerabili silentio putabant obvolvendum. Sui igitur consimilem periegeta habet Madaurensem nullo umquam periculo gloriantem se posse compelli, ut quae reticenda acceperit haec ad profanos enuntiet (apol. 56[1]).

Ne multa: mysteria pari compede tenebant omnium animos devinctos atque obstupefactos: in mysteriorum sanctimonia augenda et amplificanda consentiebant quos ob alias causas vidimus dissociatos. Quapropter ne Lucianus quidem ut haec sacra salsis defricaret facetiis a se impetravit: caute potius loquitur *περὶ ὀρχήσ.* 16: ὅτι δ' οὕτως ἔχει, τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον τῶν ἀμυήτων ἕνεκα, ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούου-

---

1) mett. XI 23: quaeras forsitan satis anxie, studiose lector, quid deinde dictum, quid factum? Dicerem, si dicere liceret: cognosceres, si liceret audire. Sed parem noxam contraherent aures et linguae illae temerariae curiositatis. Nec te tamen desiderio forsitan religioso suspensum angore diutino cruciabo. Igitur audi, sed crede quae vera sunt. Accessi —. Ecce tibi rettuli, quae quamvis audita ignores tamen necesse est. Ergo quod solum potest sine piaculo ad profanorum intellegentias enuntiari, referam. —

Omnino vero de hoc ultimo metamorphoseon libro quid mihi statuendum videatur si paucis licet adumbrare: de suo eum addidit Apuleius (quod quidem extra omnem fere dubitationem ponit exitus multo simplicior eiusdem fabulae Lucianeae) eo consilio, ut aequalium animos, quippe qui mirum quantum in mysteria Aegyptia incumberent amplificanda, splendidissima ritus eorum descriptione oblectaret. Atque talis exitus non potuit male cedere scriptori sine ulla dubitatione Isiaco: quamobrem suas ipsius res plus semel undecimo illi libro inseruit. Mirabilia excogitavere alii primarium omnium quas dicunt Milesias fabularum consilium parum memores contineri in lectorum animis quam iucundissime delectandis. Mittamus Hildebrandium, qui quomodo cohaereant sacra illa Aegyptia cum fabula Cupidinis et Psyches paulo ante narrata ipse viderit (prolegg. ad Apul. p. XXXVIII). Quod Burckhardt (l. d. p. 224 sq.) et Apulei metamorphoses et Xenophontis Ἐφεσιακά eam ob causam putat conscripta, ut Isidis sacris sectatores compararent, Thiersch autem (*Politik u. Philos. in ihr. Verhaeltn. z. Religion unter Traian, H. u. d. Antoninen*, p. 19 et 31) ethni-

σιν, ὅτι τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια ἐξορχεῖσθαι[1]) λέγουσιν οἱ πολλοί. — θεῶν ἐκκλ. 11: οὐ πάνυ χρὴ καταγελᾶν ἀμύητον ὄντα. Est haec profecto mira quaedam concordia, quae qua re effecta sit ut dignoscatur, non obliviscendum est versari nos in illo temporis antiqui spatio, quo quidquid religio Graeca et Romana olim habuerat sacrosancti oborta dubitatione in dies magis languesceret, infringeretur, emoreretur. Mythologiae auctoritatem iam supra intelleximus partim subrutam, neque indicia defuere exstinctionis discriminis, quo olim suam quaeque seiunctam servaverant provinciam μοῖρα, τύχη, πρόνοια θεῶν. Ne inter deos quidem munerum distributio mansit eadem: invectis ab exteris gentibus novis quibusdam deis, paulatim in eorum civitatem irrepsit notissimus ille quem vocant συγκρητισμός[2]). Atque hic quo maiores faciebat progressus, viam praeclusit priscae, reclusit novae quae instabat religioni. Iam vero pugnae, qua veteres extremum renascendi periculum suscipiebant, duplex erat genus: opprimere studebant christianorum sectam gravissimis persecutionibus; ipsam se defendere quibus religionem volebant munimenta erant mysteria. Ut Philostrato Apollonium Tyanaeum in animo erat ad Christi exemplar maxime accommodare, ita tunc temporis homines sacra omnium sanctissima secretis christianorum conventibus opponebant neque eorum dogmatis inferiora pu-

---

corum mysteria opposita suspicatur a scriptore religionis christianae promissis, id probare vetamur (ut unum moneam) prorsus alieni generis argumento decem librorum qui ultimo antecedunt. In hoc denique quam Preller (*roem. M.* p. 731) deprehendisse sibi visus est scriptoris ironiae velim clarius indicata ipsa vestigia.

1) Videtur hoc verbum cum vocibus, quales sunt τὰ μυστήρια, τὰ ἀπόρρητα, τὴν τελετήν, coniunctum ad mysteriorum proditores notandos aetate demum Lucianea, qua quidem florebant illa, in usum venisse. cf. Luc. ἁλιεύς 33; ἐρωτ. 24. Arist. I. p. 423. Alciphr. ep. III 72. Achill. Tat. IIII 8. Themist. or. XXVI p. 332 (B). Heliod. VI 15. Procl. in Alcib. I c. 26 (Cr.). Synes. ep. 137. Ceterum cf. Iacobsium (Wolfi *litt. anal.* I p. 112) et virorum doctorum de Aristidis orationis L argumento sententias a Dindorfio collectas II p. 543 sqq.

2) Percrebuit hic inprimis in sacris foris illatis. cf. Orelli, inscr. 1871: te tibi una quae es omnia dea Isis Arrius Balbinus. Apul. mett. XI 5.

tabant promissa mysteriorum sancita vetustate. Haec igitur amplificabant, huc refugiebant, hinc sibi moribundaeque religioni eliciebant vim vitalem.

Vidit hoc Burckhardt quoque in eo falsus, quod quaelibet mysteria cum vetera tum nova inter se coniuncta censuit beata potissimum immortalitate initiatis promissa (l. d. p. 217 sqq.). Non assentior coniecturae subtili quidem ac valde speciosae. Verum enimvero penetralia mysteriorum suapte natura prorsus caliginosa hodie intraturis dedita opera est cavendum, ne quaerendo invenisse sibi videantur res, quas impenetrabile tegit silentium. Ad fontes igitur qui integro animo neque falsis opinionibus praeoccupato mecum accesserit, is puto lubenter concedet, quamcumque *δογματολογίαν* usque ad extrema antiquitatis saecula a mysteriis mansisse alienam[1]), fundamentum potius eorum fuisse caerimonias quasdam secretas ex parte quidem ita comparatas, ut misso facto pristino de rebus inferis angore *μύσταις* spes obveniret vitae post mortem felicissimae[2]). Atque Eleusiniorum propriam naturam non esse mutatam docemur Platonis et Aristidis verbis collatis[3]): tum quae illinc originem deduxerunt mysteriorum

1) Hoc nescio an eo quoque comprobetur, quod mysteriorum usque quaque commemorat Pausanias *τὰ δρώμενα* (II 14, 1; 34, 10; 37, 6; V 10, 1; VIII 15, 1; 31, 7; VIIII 25, 5; X 31, 11), numquam *τὰ λεγόμενα*.

2) cf. Plut. *ὅτι οὐδ. ζῆν ἐστ. ἡδ.* 27, p. 1105, b: *καίτοι ταῦτα μὲν (τῷ Κερβέρῳ διαδάκνεσθαι καὶ φορεῖν εἰς τὸν διάτρητον) οὐ πάνυ πολλοὶ δεδίασι, μητέρων ὄντα καὶ τιτθῶν δόγματα καὶ λόγους μυθώδεις. οἱ δὲ καὶ δεδιότες τελετάς τινας αὖ πάλιν καὶ καθαρμοὺς οἴονται βοηθεῖν, οἷς ἁγνισάμενοι διατελεῖν ἐν ᾅδου παίζοντες καὶ χορεύοντες ἐν τοῖς αὐγὴν καὶ πνεῦμα καθαρὸν καὶ φθόγγον ἔχουσιν.*

3) Plat. Phaed. p. 69, c: *ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει.* — Arist. I p. 421: *ἀλλὰ μὴν τό γε κέρδος τῆς πανηγύρεως οὐχ ὅσον ἡ παροῦσα εὐθυμία οὐδ' αἱ τῶν ἐκ τοῦ πρότερον χρόνου δυσκολιῶν λύσεις καὶ ἀπαλλαγαί, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς ἡδίους ἔχειν τὰς ἐλπίδας ὡς ἄμεινον διάξοντας καὶ οὐκ ἐν σκότῳ τε καὶ βορβόρῳ κεισομένους, ἃ δὴ τοὺς ἀμυήτους ἀναμένειν.* — ibid. I p. 302: *τὰς δ' ἀρρήτους τελετάς, ὧν τοῖς μετασχοῦσι καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν βελτίω τὰ πράγματα γίγνεσθαι δοκεῖ, τίς οὐκ ἂν ἐξαρκεῖν φαίη πᾶσιν ἓν ἀντιθεῖναι;* —

argumentum fuisse simillimum maxime est probabile, de Lernaeis confirmatur sarcophagi cuiusdam Romani toreumate, quo thiaso Bacchico et Danaidum infructuoso labore iuxta positis repraesentari subterraneam sortem τελεσθέντων felicissimam, infelicissimam ἀμυήτων demonstravit Iahn, ex Lernaeis profectam hanc opinionem postea in artificum opera insinuasse suspicatus, quoniam Danaidum fabula potissimum fuerit Lernaea[1]). Thiasum in Hecataeis Aegineticis celebratum commemorat Libanius (I p. 426): cuiusnam generis, non liquet. Ne Bacchica quidem sacra[2]) longe diversa fuerunt ab argumento Eleusiniorum: contra quae Veneris mysteriorum restant vestigia talia sunt, ut initiatis magis cordi fuisse videantur res obscoenae quam divinae[3]). De Samothraciis[4]) vide quae infra

---

Luc. κατάπλ. 22: εἰπέ μοι, ἐτελέσθης γάρ, ὦ Κυνίσκε, τὰ Ἐλευσίνια δῆλον ὅτι, οὐχ ὅμοια τοῖς ἐκεῖ τὰ ἐνθάδε; — εὖ λέγεις.

1) acta soc. litt. Saxon. 1856, p. 277 sq.

2) Plut. παραμυθ. πρ. τ. ἰδ. γ. 10: καὶ μὴν ἃ τῶν ἄλλων ἀκούεις οἳ πείθουσι πολλούς, λέγοντες ὡς οὐδὲν οὐδαμῇ τῷ διαλυθέντι κακὸν οὐδὲ λυπηρόν ἐστιν, οἶδα ὅτι κωλύει σε πιστεύειν ὁ πάτριος λόγος καὶ τὰ μυστικὰ σύμβολα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμῶν, ἃ σύνισμεν ἀλλήλοις οἱ κοινωνοῦντες. — Arnob. adv. g. V 19: Bacchanalia —, in quibus arcana et tacenda res proditur insinuaturque sacratis, ut occupatus puerilibus ludicris distractus ab Titanis Liber sit sqq.

3) Firm. Mat. p. 15: audio Cinyram Cyprium templum amicae meretrici donasse — ei erat Venus nomen — initiasse etiam Cypriae Veneri plurimos et vanis consecrationibus deputasse, statuisse etiam ut quicumque initiari vellet secreto Veneris sibi tradito assem unum mercedis nomine deae daret. — Arnob. adv. g. V 19: nec non et Cypriae Veneris abstrusa illa initia praeterimus, quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse, in quibus sumentes ei certas stipes inferunt ut meretrici et referunt phallos propitii numinis signa donatos. — Clem. Alex. προτρ. p. 13 (Pott.): ὡς ἀσελγῶν ὑμῖν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτῃ γίνεται καρπός. ἐν ταῖς τελεταῖς ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς, τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος καὶ φάλλος τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. Νόμισμα δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυούμενοι, ὡς ἑταίρᾳ ἐρασταί. — Praeterea cf. Engel, *Kypros* II p. 141 sqq. — Carmen quo significari vult Burckhardt (l. d. p. 220, 3) immortalitatem in Veneris quoque mysteriis promissam (Ferreti, musae lapid. p. CCXXXX) non genuinum esse constat; cf. Schraderi epist. cr. ad Burmannum (anthol. Burm. p. LV).

4) Arnob. adv. g. V 19: oblivioni etiam Corybantia sacra donen-

adieci huius temporis testimonia et Lobeckium l. d. p. 1281 sqq.

Summa autem virium contentione novae religioni appropinquanti obluctabantur p e r e g r i n a mysteria. Huc pertinebant eorum caerimoniae splendidae illae nec non cruciatibus amplificatae, quos hodie taedeat reminisci, illius aetatis homines lubentissimo animo subirent[1]): huc salus aeterna, quam lustrationibus ac piaculis[2]) gradatim peractis omnibus sperabant se esse percepturos. Etenim in aeternum renasci bonum illud primarium erat, quod taurobolia crioboliaque pollicebantur[3]),

---

tur, in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater trucidatus a fratribus, interempti ex sanguine apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne a manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio. — Firm. Mat. p. 15: in sacris Corybantum parricidium colitur sqq. — Falso ad haec sacra inscriptionem secundo vel tertio saeculo p. Chr. n. exsculptam et a Sponio in lucem emissam (miscell. erud. ant. p. 374) rettulisse Muenterum (*Erklaer. einer gr. Inschr.* sive *antiquar. Abhandl.* p. 183 sqq.) ostendit Lobeck (ephemer. litt. Ienens. 1811, n. 196, p. 391; l. d. p. 1293, i). Nuperrime qui in arcana Samothracum sacra inquisivit (Neuhaeuser, Cadmilus sive de Cabirorum cultu ac mysteriis p. 121 sqq., 149), eum vix puto cuiquam esse persuasurum de veritate disputationis suae nimis artificiosae ultraque fontes longe progressae. Est haec quam dicunt Samothracum disciplina dudum refutata atque in aeternum explosa per Lobecki ingeniosam simplicitatem, quae Neuhaeusero vereor ne parum placeat libere professo, sibi quidem Lobeckium „nihil tam videri vereri, quam necubi quid vulgaribus sublimius sibi agnoscendum sit" (p.148)." — cf. Conze l. d. p. 62 sqq., 72 sq.

1) cf. de Cybeles tauroboliis — Preller, *roem. M.* p. 738 sqq.; de sacris Aegyptiis — ibid. p. 723 sqq.; de Mithrae mysteriis — ibid. p. 574 sqq.; Zoegal. d. p. 132 sqq.; Windischmann, *Mithr.* p. 68 sqq. — De Sabazio cf. Arnob. adv. g. V 21: in quibus (Sebadiis) aureus coluber in sinum demittitur consecratis et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis. — Firm. Mat. p. 15: Sebazium colentes Iovem anguem, cum initiant, per sinum ducunt.

2) cf. Orelli, inscr. 1914 et 15. Preller l. d. p. 761, 2.

3) cf. Orelli 2323, 2352, 6041. Magna Mater et Attis appellantur animae mentisque custodes sive conservatores ibid. 1900 et 1901. — Eadem invaluit opinio in Isidis mysteriis; cf. Apul. mett. XI 16: renatus quodam modo. — ibid. XI 21: sua providentia quodam modo renatos ad novae reponere rursus salutis curricula. — Videntur omnino huius generis sacra discrimine seiuncta esse haud ita magno: Isidis sacerdos vocatur Mithras apud Apuleium (mett. XI 25); coniunctum et con-

5 *

et si contuleris quae Apuleius [1]) prodit de Isidis sacris, dein quibus Iulianus imperator [2]) Mithram adit preces, non negabis opinor ex his quoque mysteriis de felicissima [3]) mortuorum sorte spem esse reportatam [4]). Ceterae quae in eis agebantur res qualescumque fuerunt [5]): de animae immortalitate sacerdotes disseruisse [6]) nullum extat testimonium

---

fusum habes Mithrae Matrisque magnae cultum apud Orell. 6041, Mithrae et Sabazi ibid. 6042.

1) mett. XI 6: cum spatium saeculi tui permensus ad inferos demearis, ibi quoque in ipso subterraneo semirotundo me quam vides Acherontis tenebris interlucentem Stygiisque penetralibus regnantem, campos Elysios incolens ipse tibi propitiam frequens adorabis. — ibid. XI 23: accessi confinium mortis, et calcato Proserpinae limine per omnia vectus elementa remeavi: nocte media vidi solem candido coruscantem lumine: deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proximo.

2) or. IIII p. 158: *εὔχομαι τὸ τρίτον ἀντὶ τῆς προθυμίας μοι ταύτης εὐμενῆ γενέσθαι τὸν βασιλέα τῶν ὅλων Ἥλιον· καὶ δοῦναι βίον ἀγαθὸν καὶ τελειοτέραν φρόνησιν καὶ θεῖον νοῦν ἀπαλλαγήν τε τὴν εἱμαρμένην ἐκ τοῦ βίου πρᾳοτάτην ἐν καίρῳ τῷ προσήκοντι, ἄνοδόν τε ἐπ᾽ αὐτὸν μετὰ τοῦτο καὶ μονὴν παρ᾽ αὐτῷ, μάλιστα μὲν ἀΐδιον· εἰ δὲ τοῦτο μεῖζον εἴη τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων, πολλὰς πάνυ καὶ πολυετεῖς περιόδους.* — Caes. p. 336: *σοὶ δὲ — δέδωκα τὸν πατέρα Μίθραν ἐπιγνῶναι· σὺ δὲ αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν ἔχου, πεῖσμα καὶ ὅρμον ἀσφαλῆ ζῶντί τε σεαυτῷ παρασκευάζων, καὶ ἡνίκα ἂν ἐντεῦθεν ἀπιέναι δέῃ, μετὰ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ἡγεμόνα θεὸν εὐμενῆ καθιστὰς σεαυτῷ.* — or. IIII p. 130: *καὶ γάρ εἰμι τοῦ βασιλέως ὀπαδὸς Ἡλίου.* — Porphyr. de abst. IIII 16, p. 350: *καὶ γὰρ δόγμα πάντων ἐστὶ τῶν πρώτων τὴν μετεμψύχωσιν εἶναι ὃ καὶ ἐμφαίνειν ἐοίκασιν ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις.*

3) Cave ne nimis castam putes hanc felicitatem: cf. Orelli 6042: (Mithras) qui basia voluptatem iocum alumnis suis dedit.

4) Confirmatur hoc trium sepulcrorum picturis, quas publici iuris fecit Garrucci (tre sepolcri con pitture ed iscrizioni. cf. Orelli 6042). Vides in his quae apud veteres et christianos de rebus divinis circumferebantur sententias mire permixtas.

5) cf. Preller l. d. p. 732.

6) Attamen solum corpus morte deleri, animam immortalem manere vitam caelestem hoc temporis spatio, quo fabulae antiquae de domicilio quodam mortuorum subterraneo parvi essent (cf. Paus. III 25, 5. Plut. *ὅτι οὐδ. ζῆν ἐστ. ἡδ.* 27, p. 1105, b. Luc. *περὶ πένθ.* 2 sqq.), suspicabantur permulti. cf. Apul. apol. 43: mecum reputo posse animum humanum — paulisper remota corporis memoria redigi

quo probetur, quamquam ritus quosdam christianorum[1]) postremo non dubitavere imitari. Verum enimvero hanc viam ingressa sacra antiqua fieri non potuit quin mox devincerentur religionis impetu christianae.

---

ac redire ad naturam suam, quae est immortalis scilicet et divina. — De dogm. Pl. II 20: vinculis liberata corporeis sapientis anima remigrat ad deos et pro merito vitae purius castiusve transactae hoc ipso usu deorum se condicioni conciliat. — Paus. IIII 32, 4: *ἐγὼ δὲ Χαλδαίους καὶ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή· καί σφισι καὶ Ἑλλήνων ἄλλοι τε ἐπείσθησαν καὶ οὐχ ἥκιστα Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος. εἰ δὲ ἀποδέχεσθαι καὶ οἱ πάντες ἐθελήσουσιν, ἐκεῖνό γε ἀντειπεῖν οὐκ ἔνεστι, μὴ οὐ τὸν πάντα αἰῶνα Ἀριστομένει τὸ μῖσος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους ἐνέσταχθαι.* (De hac re si in mysteriis certiores facti essent Apuleius et Pausanias, num tu putas utrumque tam aperte fuisse locuturum?) — Art. II 68, p. 248: *φασὶ γὰρ καὶ τὰς ψυχὰς ἀπαλλαγείσας τῶν σωμάτων εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι, τάχει χρωμένας ὑπερβάλλοντι καὶ ὡς εἰπεῖν πτηνῶν ὁμοίας.* V 43: *ὥσπερ ὑπολαμβάνουσιν ἄνθρωποι, τῶν καμνόντων τὰς ψυχὰς ἀπαλλαγείσας τῶν σωμάτων ἐν ἄλλαις γίνεσθαι διατριβαῖς.* — Fronto p. 148 (N.): nisi forte — mors, quae omnibus luctuosa videtur, pausam laborum affert et sollicitudinum et calamitatum, miserrimisque corporum vinculis liberatos ad tranquilla nos et amoena et omnibus bonis referta animarumque conciliabula travehit. Hoc egō fas esse facilius crediderim, quam cuncta humana aut nulla aut iniqua providentia regi. — Antonin. *εἰς ἑαυτ.* II 11; XII 34; VI 47; III 3. Arist. I p. 8. — Atque hae de animae immortalitate opiniones in dies magis invalescentes nescio an in causa fuerint, ut nitidissimam de Psyche et Cupidine fabulam neque aliam metamorphoseon libris de suo (ut veri simillimum est) insereret Apuleius: id quod pluribus persequi non est huius loci.

1) cf. Tertull. de praescr. haer. 40: Mithra — celebrat et panis oblationem, et imaginem resurrectionis inducit. — Id. de baptism. 5: nam et sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis alicuius aut Mithrae sqq. — Iustin. m. apol. I 66: *ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες. ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ᾽ ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε ἢ μαθεῖν δύνασθε.*

VITA GUSTAVI KRUEGERI

Natus sum Brunsvigae a. d. V kalend. Iun. anni CIϽIϽCCCXXXVII patre Georgio Theodoro Augusto gymnasii professore et directore. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum primordiis in orphanotrophei Brunsvicensis schola publica imbutum artes liberales me docueruut inde ab anno h. s. XXXXVI gymnasii praeceptores dilectissimi, e quibus Ferdinandum Bambergerum virum doctissimum et humanissimum iam fato luctuoso mihi studiisque meis ereptum memoria prosequar semper gratissima. Auctumno anni h. s. LV ad Georgiam Augustam academiam migravi, ut totum me darem studiis philologicis. Haec autem a puero exoptata vix degustaveram, cum animo meo dolorem inflixit profecto infandum obitus immaturus ac inopinatus Hermanni et Schneidewini duumvirum optimorum. Biennio post Gottinga relicta civibus adscriptus sum huius academiae Rhenanae.

Per hoc studiorum academicorum tempus scholas frequentavi professorum illustrissimorum Curti, Hermanni, Lotzi, Ritteri, Sauppi, Schneidewini, Waitzi, Wieseleri Gottingensium, Iahni, Langi, Loebelli, Ritscheli, Schopeni, Welckeri Bonnensium. Singulari praeterea Curti, Leutschi, Sauppi, Wieseleri, Ritscheli, Welckeri benevolentia mihi contigit, ut ordinarius essem sodalis seminariorum Gottingensium et philologici et archaeologici per annum, seminarii Bonnensis philologici per annum et sex menses. Iahni exercitationibus archaeologicis interfui per quinque semestria. Omnibus praeceptoribus optime de me meritis ex animi sententia gratias ago quam maximas.

SENTENTIAE CONTROVERSAE

I Tacitus ann. XI 23 scripsit: „an parum quod Veneti et Insubres curiam inruperint? si coetus alienigenarum velut captae civitati inferatur, quem ultra honorem — — fore?“

II Pausanias periegeta non fuit sophista.

III Pausaniae verba X 23, 3 *ἀπέθανον δὲ καὶ αὐτῶν — — ἐς Δελφούς* transponenda sunt post X 23, 10.

IIII Lysias XII 65 scripsit: *καὶ ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ τῶν προβούλων ὢν ταὐτ' ἔπραττεν.*

V Tacitus Agric. 6 scripsisse videtur: „praeturae torpor“.

VI Artes critica et hermeneutica rectores omnium philologiae disciplinarum.

VII Archaeologia pars philologiae.

VIII Pausaniae verba I 18, 6 *ἀπὸ γὰρ πόλεως ἑκάστης — — ἄξιον* collocanda sunt post verba *ἀποίκους πόλεις.*

VIIII Apud Hyperidem *ἐπιτάφ. λ.* VIIII 17 (Bab.) eruendum videtur e papyri vestigiis *ἐφορᾶν*, VIIII 19 autem idem verbum inducendum.

X Tac. ann. XVI 35 „ictu“ inserendum est inter verba „effudit, humum“; cf. XII 47.

XI In Pausaniae verbis VII 13, 8 *οὐ γάρ τινα ἐκ τοῦ προσδοκωμένου κινδύνου Λακεδαιμονίοις σωτηρίαν εὕρισκεν* expungo vocabulum *Λακεδαιμονίοις.*

XII Geographia historiae fundamentum.


3 0112 126254264